LANGWEDELIUS – PISO ENUCLEATUS – 1639

IV 1.

8a
19

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

LE POIS, Charles

65528/A

CAROLUS PISO ENUCLEATUS,

SIVE

OBSERVATIONES MEDICÆ C. PISONIS CERTIS CONCLUSIONIBUS PHYSICO-PATHOLOGICIS comprehenſæ, rationibus firmis illuſtratæ & in epitomen redactæ;

Studio ac operâ.

BERNHARDI LANGWEDELII, PHILOS. ET MEDIC. DOCTORIS, atque in Republica patria Medici Practici.

Facilius eſt carpere quàm imitari.

HAMBURGI,

ANNO 1639.

Typis JACOBI REBENLINI, Sumptibus Zachariæ Hertelij Bibliopolæ.

BK

LONDON MEDICAL SOCIETY

IV

ILLUSTRISSIMIS AC CELſiſſimis Sacri Romani Imperÿ Principibus & DOMINIS,

DN. JULIO HENRICO } Fratribus
DN. FRANCISCO CAROLO } Germanis,
Ducibus Saxoniæ, Angriæ, VVeſtphaliæ &c.

DOMINIS meis Clementiſſimis ſalutem & perpetuam felicitatem.

NIHIL eſt, Sereniſsimi Duces, Principes Clemẽtiſſimi, in omnibus rebus humanis præclarius aut præſtantius (eloquentiæ Parente atteſtante) quàm de Republica benè mereri. Nam eò (inquit) vitæ noſtræ ratio transmittenda eſt, ut magnam nominis noſtri famam ex maximis in Rempublicam meritis collatis poſteris relinquamus. Id quod ulterius confirmat dicendo, qui pro Republica vitam reddiderunt, nusquam mehercule il-

Cic. ad Planc. fam. 10. In Vat.

Pro Planco.

li mortẽ, quàm immortalitatem potiùs aſſecuti fuêre. Hoc ipſum Generoſi Romani, nec non Græci heroes olim fortiſsimi altiùs ſecum penſiculando, pro patriæ ſalute vitam tot periculis exponere haud dubitârunt. Quid enim M. Curtius adoleſcens & genere & animo Nobiliſsimus pro patriæ incolumitate recuperanda non præſtitit? Annon ſeipſum pro dulci ſolo devovendo, equo exornato inſidens armatus in ſpecum toti urbi ruinam minitantem intrepido animo ſeſe præcipitando, ab interitu illã vindicavit? Quid non Scipio Africanus in magnis Reipublicæ anguſtiis, cum afflictâ Cannenſi clade Urbs Romana nihil aliud, quàm præda Hannibalis videretur, peregit? Annon jurare omnes nunquam ſe relicturos patriam coegit? pietatemque non ſolùm ipſe pleniſſimam exhibuit, ſed etiam ex pectoribus aliorum abeuntem revocavit atq; adeò hoſtem prælio inito maſculè

Livius lib. 7.

Liv. lib. 22.

profligavit. Quid Leonidas Spartanorum Rex? Annon cum trecentis viris ad Thermopylas pro defenſione Græciæ ſtrenuè pugnans, patriæ incolumitati ſuæq; æternæ gloriæ conſulens glorioſum finem ſortitus eſt, ac perpetuam ſibi gloriam & nomen clariſſimum reliquit? Hi prædicti Heroes bellicoſi ſalutem patriæ ac civium ſupremam legem arbitrati ſunt. Quocirca veneranda antiquitas Romana fidelib. Patriæ conſervatorib. illuſtria monimenta ac ſtatuas egregiè fabrefactas memoriæ nunquã intermorituræ ergò curavit, imò Patres Patriæ ipſos ſalutare dignata fuit. Cæterùm quid eiuſmodi cōmemorandis diutiùs immoror? Ad Ill.mas VV. Celſ. non ſalutem unius Reip. populiq; ſupremam legẽ cum Romanis cogitantes, ſed potiùs univerſæ Germaniæ & Sac. Rom. Imp. proſperitatem in pace aurea florentem ſuo cordi ac curæ unicè ducentes me converto. Vos Sereniſsimi Principes ſplen-

Herodotus lib. 7.
Ælian. lib. 3.

dorem Germaniæ antiquum nebulis Martis denſiſſimis hactenus obnubilatum radiis pacis, inſtar ſolis cuncta fæcundantis, denuò illuſtrare allaboratis. Vos Ill.mi Duces ingentem voraginem tunc temporis Romæ, nunc univerſæ Germaniæ interitum minitantem non Bellonæ armis implere, atque flammas indies eructantes extinguere nitimini, quin potiùs Excelſo atque pacifico animo pacem almam jamdudum exoptatam, aſt (proh dolor!) etiamnum exulantem reſtabilire ſedulò conemini. Hinc tot immenſos labores, tot numeroſos ſumptus, tot itinera periculi plena non ſine ſummo bonorum corporis ac fortunarum diſpendio hactenus ſuſcepiſtis, ſuſtinuiſtis. Succurrite, ſuccurrite Principes Clementiſſimi Germaniæ fermè agonizanti non armorum ſtrepitu, verùm pacis balſamo, Bellonæ furentis alexipharmaco. Pergite, pergite (in-

(inquam) pugnare cum Leonida Spartano non pro defenſione Græciæ, ſed pro *Libertate Sacri Romani Imperij*. Nolite amore Patriæ Germaniæ atque pacis univerſalis Studio adducti amplius permittere, ut Allemannia olim laudatiſſima Heroina reliquis Imperijs formidabilis, nunc deſpicatiſsima, grandiorem patiatur jacturam.

Sic Ill.mis VV. Celſitudinib. meritò competet ſalutari Patres Germaniæ Patriæ; quo titulo quondam Auguſtus cohoneſtabatur, cum Senatus conſentiens cum Populo Romano Auguſtum Patrem Patriæ per Valerium Meſſalam conſalutaret. At verò lachrymans reſpondit his verbis: Compos factus votorum meorum, Patres conſcripti, quid habeo aliud Deos immortales precari, quàm ut hunc conſenſum veſtrum ad ultimum vitæ finem mihi perferre liceat? *Sueton. in Auguſto.*

Hæc & ſimilia animo meo ſæ-

piùs volvendo ac revolvendo, cæpi mecum meditari, quomodo & ego pro ingenii mei modulo de republica literaria ad barbariem ferè inclinante benè demereri poſſem, lucubratiunculas videl. meas qualescunque gratæ poſteritati tranſmittendo.

Quibus anſam præbuit Author præſens, qui tractatum de morbis à ſeroſa colluvie utplurimum ſcaturientibus ingeniosè ſatis conſcripſit. Hunc ipſum aliquoties perluſtrando, non aliena à morbis, ſcorbuto nimirum, hydrope & ejus generis aliis huic regioni familiaribus ac partim Endemijs tractâſſe obſervavi.

Proinde ſcriptum hoc aliàs profundè doctum, verùm nonnullis involutum & obſcurum apparens, luce dignum judicans, auſus fui enucleare in certas adſertiones, ſive concluſiones redigendo & rationibus ex Authore deſumptis ſtabiliendo. At verò haud defuturos

ros ſciolos ſcio, qui hosce labores ſint carpturi ac ſuggillaturi. Idcircô hoc qualecunq; opuſculum medicum Ill.mis VV. Celſitudinib. non ſolùm patrocinij implorandi causâ humilimè dedico, conſecro & offero, ſed etiam ad humilimam obſervantiam atque animi devotionem declarandam erga universos & ſingulos Ill.mos Saxoniæ Duces, inprimis autem erga Sereniſſimum Principem ac DN. DN. Henricum Julium, cujus Ill.ma Celſitudo ſanitatem corporis præſentem conſervandam, & labefactatam divinâ ope recuperandam meæ fidei commiſit, ſubmiſsè rogans, ut Ill.mæ V.V. Celſitudines hunc tractatum ſereno vultu accipere, meq; ulteriori Clementia gratiosè proſequi dignemini. Quod ſupereſt, Jehova Ter Opt. Max. omnium bonorum largitor & ſummus pacis director omnium Sereniſſimorum Principum corda ad pacis

conſpirationem dirigat, ut cuncta in divini nominis ſui gloriam vergant, quô concordiæ vinculo arctè colligata, tandem ſin ſtatu tranquillo vitam civiliter beatam tranſigere liceat.

Interea Ill.mis V.V. Celſitudinib. ſub fauſtis novi anni auſpiciis largam benedictionem divinam cum ſalute tandem æviterna animo devoto comprecor. Dab. HAMBURGI ſub ipſis novi anni 1639. auſpiiciis.

Ill.marum

V.V. Celſitudin.

Devotiſſimus cultor

BERNHARDUS LANGVVEDEL. D.

PROLOQUIUM AD BENEvolum & ingenioſum Lectorem.

UT tibi, benevole Lector, conſtare poſsit, qualis extiterit C. Piſo, ſic habeto: Prænominatus Piſo fuit Doctor Pariſinus, Conſiliarius & Cubicularius Medicus Henrici II. Sereniſſimi Ducis Lotharingiæ &c. Ipſius obſervationes atque Conſilia de prætervifis hactenus morbis affectibusq́ p. n. ab aqua, ſeu ſeroſa colluvie ac diluvie ortis impreſſæ extant Ponte ad Monticulum. Anno 1618.

Quamvis autem C. Piſo auctor acutiſsimi ingenij & eximij judicij ſit adeò nervoſus, ut operationes mentis ſereniores atque altiorem requirat indaginem, imò in ſua ſententia, quam defendendam ſuſcepit, nihil deſiderari queat; nihilominus tamen concluſiones certis rationibus ac firmis ſtabilitas

tas argumentis inde decerpere operæ pretium duxi, exiſtimans hunc tractatum apprimè quadrare morbo Scorbuto huic regioni endemio, adque illum tum exactiùs dilucidandum, tum feliciùs ac velociùs curandum non parum lucis atque emolumenti allaturum, licèt Author ipſe morbum prædictum (ſtomacacen & ſcelotyrben puta) veluti nationi Lotharingicæ minùs familiarem ſicco præterire pede viſus fuerit; attamen illius hiſtoria ex tumoribus lienis aquoſis, quorum fit mentio in declaratione Concluſionis 52. abundè cognoſci poteſt.

Quocirca Piſonis obſervationes plerorumque morborum à ſeroſa colluvie ortum trahentium in formam adſertionum redactas tibi exhibeo, Paradoxas quidem & à vulgatiſſimis ac ſæpiùs decantatis Medicorum tum veterum, tum recentiorum placitis diverſas fateri licet; Veruntamen (ſi res rectæ rationis trutinâ ponderanda venit) ſuis demonſtrationibus haudquaquam deſtitutas animadvertes. Nam in illis ſingulare ingenij Medici

acu-

acumen, judicij præcellentia atque ſtyli eminentia manifeſtè eluceſcunt. Non enim aliena mutuatitia, ſed propria ex Palladis arce, nempe ex cerebro ingenioſo quotidianis obſervationibus confirmato deprompta chartis conſignavit: nec cum puerilibus aut ſervilibus ingenijs humi ſemper repere & cum aſtragalis tantùm Galenicis ludere ipſi placuit, quin potiùs divinæ particulam auræ altiùs elevando, res medicas ſublimioris contemplationis proponere ſtatuerit.

Quapropter Piſonem hunc enucleatum (in defectu veterum exemplarium) boni conſule, perlege ac dextrè judica.

PARS.

PARÆNESIS AD CRITICOS CURIOSOS.

FORSITAN vos Critici, qui nodum in ſcirpo quæritis, me inſimulabitis obſcuritatis ratione verborum quorundam obſoletorum atque idioma quaſi Plautinum redolentium. Verùm nolo vos ignorare, quòd verba ipſius Authoris retinendo, in iis quippiam mutare nefas duxerim. Si itaque bellum Grammaticale adornare vobis artiſerit, cùm ipſo Piſone anteſignano, non mecum dimicare pergite. Interim ſedulò caveatis, ne rebus relictis in verbis conſeneſcatis, atque ex criticis otioſis Cretenſes malitioſi evadatis. Hiſce valete ac reſipiſcite.

DEHOR-

DEHORTATIO AD MOMUM CAVILLATOREM.

VIDEOR videre non modò dentes tuos plusquam Theoninos micantes, quibus aliorum dicta ſcriptave arrodere ſoles; verùm etiam ſibilos audire viperinos; aliorum dogmata ſana virulento ſpiritu conſpurcando. Cæterùm Mome in arte calumniandi nihil quippiam tibi novi ac inuſitati, quandoquidem antiquum ſemper obtines, nec tibi, ſed æquis & ſinceris æſtimatoribus hæc enucleata ſunto. Interim pro maledica lingua refrænanda ſaniorem tibi mentem reprecor. Quod ſi maledicendo inſanire perrexeris, te hiſce piſis exorticatis, ſive nucleis Piſonianis indignum judicans, cortices tuos nugis, mendaciys atque calumnÿs refertos tibi arrodere permitto.

Σὺν Θεῷ.

Concluſiones Phyſico - Pathologicæ LXXII. Caroli Piſonis firmis ejusdem argumentis ſtabilitæ, & ex proprio ipſius tractatu de morbis à ſeroſâ colluvie depromptæ.

I.

Plenitudo ſeroſa plerorumque affectuum eſt fomes & cauſa materialis.

QUIA in omnibus in univerſum non tantùm ægrotis, ſed etiam neutris, imò ſanis cujuscunque temperaturæ, ſexûs aut ætatis, & quovis anni empore dejectiones quocunque modo ſuccelant, aqueæ ferè ſunt ex prædominio & ſeroſam olluviem præ ſe ferunt, licèt reliquijs fæcum conpurcatam, quæ dejectiones Hippocrati dicuntur ἀποχωρήματα, ὑδατόχλωρα.

ARGUMENTA: *1. A deiectionibus ex prædominio aquoſis.*

2. Quia pleræque criſes per ſudorem aut per irinas copioſas, pariterque cum ſpuitione largâ, ut vomitu aqueo perficiuntur.

2. A criſium plerarumq; conditione.

3. Ab Hippocratis authoritate.

3. His & ſimilibus experimentis inductus magnus Hippocrates, omnes morbos ab aqua & bile naſci prodidit lib. de aere aqua & locis, Siquidem ſerum paſſim bili immixtum in vaſis redundat. Quin idem tantum momenti in corporis exercitatione ad tuendam ſanitatem poſuit, ut inevitabilem eſſe morborum neceſſitatem affirmârit, niſi congruus labor cibo potuique acceſſerit, lib. 1. de diæta. Non aliter autem id præſtat, quàm quia redundantem in toto ſeroſam attrahit abſumitque humiditatem.

Exercitatio corporis præcipua ſanitatis eſt cauſa.

4. A ſignis deſumptis à cauſis, formâ & effectibus.

4. Quia id ex nativa ægrotantium temperie & particulari ipſorum affectuum idea & conditionibus, ſolutionis ut & modo invaſionis, ac ſpecie excretionis, & cæteris conſpirantibus ac plenitudinem ſeri indicantibus demonſtrari poteſt. In præfatione operis pag. 9.10.

5. A curationis modo.

5. Quia ex omnium obſervationum ab Auctore conſcriptarum numero conſtat, pleroſque morbos profligari ijs remedijs, quæ ſeroſos humores vel evacuant ſenſibiliter, uti ſunt hydragoga, diuretica & ſudori fica; vel abſumunt & abſorbent inſenſibiliter, qualia ſunt innumera pro conſtitutione videl. affectuum, quorum examen apud omnes Practicos inſtitui poteſt, inprimis autem apud Carolum noſtrum Piſonem in ſingulis ſuis obſervationibus.

II.

II.

Lien non refundit in ventriculum reliquias ſucci Melancholici, qui ex ſanguinis maſſa in hepate genita ſecerni atque repurgari exiſtimatur.

RATIONES:

1. A primæ coctionis conditione,

1. Quia alimentum externum, ſive cibus, quo veſcimur quotidiè, ſuis inutilibus partibus, terrenâ, ob commoditatem in diſtributione chyli, & aerea ſeu flatuoſa, ob capacitatem ventriculi & inteſtinorum abundè expurgatur in primâ ſui coctione, ita ut in ſecunda coctione ſolùm igneæ & aqueæ ſecerni & repurgari debeant.

2. A vaſorum, per quæ chymi tranſitus, anguſtiâ.

2. Quia non poteſt chylus adhuc immixtus terræ inutili necdum defæcatæ deduci ad viſcera, quód oſcula vaſorum gaſtricorum, ut & meſaraicorum admodùm ſunt anguſta, & puncti cujusdam inſtar exigua, adeò ut craſſamentum terrenum admittere nequeant.

3. Ab incommodo futuræ famis perpetuæ.

3. Quia iniquum fuit per fæcis melancholicæ rejectationem hominem obnoxium reddi importunæ fami, quæ diſſipationi & effluvio ſubſtantiæ propriæ minimè reſpondeat.

4. A proprio ventriculi robore.

4. Quia iniurium fuit, eundem ventriculum ſatis ſuperque validum, & in retinendo firmum fibris nimirum, temperie & conformatione ad retinendum accommodatis inſtructum excre-

mentis alienis aggravare & opprimere, nedum roborare.

5. A defectu autopſiæ talis excrementi.

5. Quia hujuſmodi excrementum atrum & fæculentum, quale à liene perhibetur rejici; poſtquam ſatisfecerit fictitijs illis uſibus nuſquam conſpicitur, rejectari ſingulis diebus, ut bilis flava ſolet; aut verò affixum ventriculi parietibus, nuſquam per anatomiam deprehenditur. Cùm aliàs terreum excrementum exhalare & evaneſcere prorſus ſit inopinabile; Neque ater vomitus limo aut pici fuſæ ſimilis, vel dejectiones ſimiles uſquam ſanis contingunt, ſed cacopragiam viſceris alicujus & corruptelam paſſim conſequuntur.

Ater vomitus & dejectiones nigræ ſanis non contingunt.

6. A privatione requiſitorum conceptaculi excrementi propriorum.

6. Quia nulla vaſa particularia ſunt, quæ ex hepate privatim ſanguinem limoſum deducant in lienem; quæ tamen adeſſe oporteret, ut ex analogia meatuum cholidochorum conſtat; neque porrò eſt cavitas ulla in lienis corpore, quæ limi illius ad tempus adſervandi capax ſit: nec denique ulli ſunt ductus, aut conceptaculum aliquod aliud lieni appenſum, per quos ductus in hujuſmodi conceptaculum, aut extra corpus ſtatim fæx illa inutilis deponi poſſit. Quod verò de hæmorrhoidalibus venis dicitur, quaſi ad eum uſum natis, commentitium eſſe hæc declarant; Nam inprimis cum lien ramum ſplenicum cum ijs conjunctum habeat, fæx reflueret per eundem ductum, per quem ſanguis lutulentus

Hæmorrhoidales venæ fecẽ melancholicam ſecundum naturam non excipiunt.

tus

tus eſt attractus, quod ridiculum eſt. Præterea fluxus ille hæmorrhoidalis omni ætati, ſexui, tempori eſſet familiaris, quod non eſt. In præfat. operis pag. 17. 18. 19. 20.

III.

Lien eſt officina altera ſanguinis tenuis ſcilicet & calidi, qui in arterijs continetur, quem ſanguinem ex portione chyli tenuiore attractâ generat, genitumq́ pulſu in univerſum corpus diſtribuit.

DEMONSTRATIONES:

1. Ab ineptitudine cordis ſubſtantiæ.

1. Propter materiæ, ex qua ſanguis arterioſus conficiendus eſt, defectum.

1. QUIA cor minimè poteſt eſſe officina ſanguinis arterioſi, tùm propter materiæ defectum, tum propter cordis minùs aptam conformationem. Prius exinde patet, quòd omnem materiam ſanguinis arterioſi in cor refundi poſitio valvularum appenſarum orificio aortæ interdicat; quippe quæ in diaſtole cordis, in qua ſola poteſt cor aliũde aliquid attrahere, adeò arctè connivent, ut cor nihil prorſus accipere queat; nam in ſyſtole cordis, in qua duntaxat valvulæ aperiuntur & patẽt, cor in emittendo à ſe potiùs ſpiritu antegenito effundendoque in arterias incumbit: Poſterius ex ſinus ipſius ventriculi ſiniſtri amplitudine &

2. Propter ſinus cordis amplitudinem. moræ brevitate in motu cognoſci poteſt. Amplus etenim cordis ſinus minimè eſt aptus materiæ craſſæ converſioni in tenuiſſimam ſubſtantiam, & accuratæ unioni diverſarum ſubſtantiarum, quæ non niſi lentè ſenſimq; perfici poſſunt, idque diuturno tempore: quibus affectionibus repugnat brevis admodum mora, quæ in amplo cordis ventre conceditur per alternantes & contrarios diaſtoles & ſyſtoles motus.

3. Ob moræ brevitatem in motu cordis. Non itaque cordis conformatio compoſita eſſe videtur ad ſanguinis tenuis procreationem, ſed tantùm ad attractionem & diſtributionem alicujus materiæ, quæ utramq; celerem admodum patiatur affectionem. Nam ſanguinis tenuis coctio diſtributioq; minimè confertim, ſed potiùs ſenſim ac lentè fieri debet, ut effluvio ſubſtantiæ noſtræ non affatim, verùm ſenſim & continenter facto reſpondeat.

2. A materiæ idoneæ præſentia. 2. Quia lieni chylus tenuis, vel chyli portio tenuis & liquida, quæ nimirum immoratur in ventriculo, ad manum veluti eſt ceu materia idonea, ad cujus deductionem venæ gaſtricæ omninò ſunt comparatæ, tum verò etiam præparationi eius ad ſanguinis tenuis formam ac radices inprimis ejuſdem perfectæ converſioni; arteriæ autem & radices, tum inprimis ramus ſplenicus jam confecti partim ulteriori ela-

elaborationi, partim ejusdem diſtributioni omninò ſunt accommodatæ. Chylus enim eſt communis materia, ex qua utriusque ſanguinis craſſi nimirum frigidique, & tenuis ac calidi, qui cum ſit mixtum quoddam ex quatuor diverſis ſubſtantijs totidem elementis primis reſpondentibus iisque imperfectè coaleſcentibus, ex particulis terrenis & aqueis ſanguis venoſus & craſſus in hepate conficitur; ex aereis & igneis ſanguis tenuis & calidus in liene elaboratur. *Chylus utriusq; ſanguinis materia ex qua.*

3. Quia caro lienis affuſa prædictis radicibus tum venæ ſplenicæ, tum arteriæ, non aliter atque parenchyma hepatis adjunctum radicibus venæ portæ hepaticæ & cavæ, ſatis oſtendit par eſſe in utroque membro officium, nempe in conficienda aliqua materia communi poſitum: quod conſtat ex analogia omnium partium, quæ generationi alicujus materiæ publicæ inſerviunt, ut ſunt teſtes, mammæ, præter hepar & ventriculum in avibus, quæ non niſi prædura ſemina coquunt, in quibus propterea plurima caro denſa craſſaque adjungitur primæ officinæ. *3. A parenchymatis conſtitutione.*

4. Confirmat porrò hunc uſum partim ſimilitudo ſubſtantiæ parenchymatis lienis & ſanguinis tenuis calidique, cujus utriuſque ſubſtantia tenuis & ſpumoſa eſt, & ex flavo *4. A ſimilitudine & conformatione lienis*

ſubnigricans atque rubore aſſato ſuffuſa; partim denique conformatio lienis non in cavitate aliqua inſigni poſita, ſed in plexibus varijs vaſorum exilium & anguſtorum, quæ conformatio aptatur officinis materiæ alicujus ſive ſucci utilis toti corpori, ut conſtat ex hepate, teſtibus, mammis, reti admirabili in cerebro, placentâ uterinâ, & reliquis in corpore glandulis è myriadibus vaſorum contextis, in quibus ſuccus lentè excoquitur & ſimul ſenſim diſtribuitur.

5. A ſitu lienis hepati oppoſito.

5. Quia ſitus lienis hepati oppoſitus innuere videtur convenientiam utriuſque in uno communi officio; Natura namque uni & eidem actioni ſeu muneri duo inſtrumenta miniſtrantia utplurimum deſtinare conſuevit, eaque ſibi opponere, aliàs ſi unicum duntaxat ad unnm officium idque publicum deſtinat, ei ſitum in corpore medium concedit, ut ex anatomia conſtat.

6. A ſedatione famis ſtatim ab aſſumptis cibis, præſertim liquidis nutrientibus ut juſculis, vino generoſo & ſimilibus. Venarum meſaraicarum ſuctio-

6. Quia fames ſedatur ſtatim ab aſſumptis cibis, quòd ſuctio ſive attractio vehemens lienis & venarum gaſtricarum quieſcit, utpote cui ſatisfit per liquidioris cibi præproperam in vaſa & lienem diſtributionem. Non enim venarum meſaraicarum exſuctioni ſatisfit ab aſſumptis ſtatim alimentis; quia venæ meſaraicæ non immediatè ventriculo implantantur, ſed inte-

nteſtinis.Itaq; nihil ex ventriculo arripiũt, niſi quod priùs fuerit in inteſtina delapſum, unde cum aſſumptis cibis pylorus arctè claudatur & conniveat per pluſculas horas, nihil igitur ex ventriculo in inteſtina deſcendat ſtatim ab aſſumptis cibis, certè fames minimè ſedatur, ideò quod hepar partem cibi liquidiorem per venas meſaraicas alliciat; Neque ſanè hepar etiam aut venæ meſaraicæ invexerunt famem illam ſeu eximiam ſuctionem, quod confirmatur, quia fames, quæ ab aſſumptione ciborum ceſſavit, denuò poſt ſex horas circiter evigilare conſuevit, quo tempore ſcilicet primùm aperiri ſolet pylorus & chylus per inteſtina vaſis meſaraicis diſtribui primùm atque per ea hepati porrigi. Relinquitur ergò, ut tunc temporis ab alterius viſceris nempe lienis ſuctione fames propendeat, quippe ex quo venæ gaſtricæ & epiploicæ inprimisque vas breve exortæ, & ipſimet ventriculo inſertæ ſtatim trahere natæ ſunt aſſumpta liquida, fuſa atque tenuia, quæ ſunt materia ſanguinis tenuis.

ni non ſatisfit ſtatim ab aſſumptis.

Hepar & Venæ meſaraicæ non excitant famem ab aſſumptione ciborum poſt 6. horas evigilantem.

7. Quia lien, ut apparet in melancholicis voracibus, eſt famis cauſa ſeu tractionis ciborum in prima officina confectorum. Non trahit autem è ventriculo chyli portionem aliquam, niſi ut eam in ſuccum ſuæ nutritioni

7. A fame melancholicis conſueta.

particulari convenientem, atque adeò utilem nutritioni totius corporis convertat, ut conſtat ex analogia hepatis, teſtium &c.

8. A celeri exhauſtorum liquidorum excretione.

8. Quia obſervare licet eos qui plurimùm bibunt, præſertim ſi tenue vinum hauſerint quale eſt album, ut Rhenanum, ſtatim & vix dum è menſa egreſſos multum meiere idque crudum & potui finitimum. Quæ mictio minimè fit tracto ſero è ventriculo per pylorum: utpote cum his ad amuſſim conniveat, donec perfecta fuerit chylificatio, ſed immediatè è ventriculo per vaſa gaſtrica vasque breve potiſſimùm, ut celeritas diſtributionis indicat; Quia porrò vinoſa ſubſtantia & alibilis mictione non redditur, ſed aquea tantùm, veriſimile eſt nutritiam illam vini partem in ipſo liene reſtitare, atque adeò in finitimum ſuccum ab eodem liene converti, qualis ſubſtantia eſt ſanguis tenuis & calidus vino prorſus congener, atque juſculis aùt potulentis verbi gratiâ alibilibus, aut potiùs ſimilis parenchymati lienis rubore atro ſuffuſo, qualis in ſanguine emicat arterioſo.

9. A ptyaliſmo & ſudore melancholicorum.

9. Quia melanchólici, ſeu potiùs atrabilares ſunt ſalivoſi obſervatione Hippocratis in Epidem: Sæpius, ut ſect. 2. lib. 2. *Quartanarÿ ſudant mejuntq́ plurimum*; nimirum in illis lien æſtuoſus rapaciſſimus eſt li-

qui-

quidarum omnium rerum, quæ in ventriculo occurrunt.

10. Quia experientiâ conſtat, lienis temperiem immutare ex parte & trahere ad ſui ſimilitudinem non ſolùm ſanguinis arterioſi maſſam, ſed & totius corporis habitum obſervatione Hippocrat: *Quibus lien deorſum vergit, his pedes & genua calent, naſus & aures frigent.* Liene enim phlogoſi laborante ſanguis arterioſus toto corpore æſtuat, & nigricans præ aduſtione conſpicitur, cujus fervoris ratione arteriæ ſaliunt cum murmure & ſtrepitu quodam in temporibus maximè, pariterque aures tinniunt perpetuò propter pulſationem jugularium vicinarum; vigiliæ jugiter infeſtant, univerſus habitus uritur & fuſcedine quadam ſeu flavitie atrori ſanguinisque ambuſtioni commixtâ atteſtante fædatur. Sic etiam hepatis temperationem obſervatione Galeni temperies quoque ſanguinis craſſi & habitus corporis ſequi ſolet. *10. A ſanguinis arterioſi & totius habitûs immutatione ob lienem.*

11. Quia hoc viſcus eſt focus frequentiſſimus plerarumque febrium ſive continuarum, ſive intermittentium, quæ ex inflammatione maximè ſanguinis tenuis, fervidi & atrabileſcentis ſuccenduntur, uti ex diſſectione cadaverum eorum, qui ab ejuſmodi febriũ violentiâ perierunt, in quibus lien totus ſanguinem atro- *11. A febriũ generatione ex ſanguine tenui fervido ob lienis vitium. Obſerv. Anatomica.*

trorem fulgentem præ aduſtione retinente carbonis inſtar turgere conſpicitur, nec non ex excrementis, quæ picem fuſam ſubſtantiâ ſua & nigrore fulgente referre ſolent, atque etiam ex ſolutione ejuſmodi febrium deprehendere eſt. Solvuntur enim ejuſmodi febres aliquando vel ſanguine atro excreto per hæmorrhoidas, vel atris ichoribus cum urina rejectis ex obſervatione Hippocratis. Et ut frequentiſſimus eſt fomes febrium tertianarum hepar, ita lien quartanarum, atque ejuſmodi febres ab eiſdem cauſis fiunt & præſertim à ſpontanea inclinatione & recurſu ſanguinis arterioſi in lienem.

12. A propenſione lienis in tumores aquoſos.

12. Quia idem convincit propenſio lienis partim in obſtructiones, partim in tumores aquoſos ob multa ſcil. terrena excrementa arenoſa ſeu lutoſa cum aquea chyli portione per vas breve quidem, ſed amplum alioqui importunè attractâ.

13. A lienis penuria in piſcibus & avibus.

13. Quia animantes frigidæ humidæ, ut ſunt piſces, in quibus elementum prædominatur aqueũ, liene carent, quippe qui nõniſi ſanguine frigido & craſſo egent: à qua etiam cauſa fortè aves, quæ ex aqua genus ducunt, quæque ova duntaxat, non autem vivum animal pariunt, lienem exiguum habent, adeò ut is ſenſum fugiat. Jn præfat. operis pag. 22. uſque ad 31.

IV.

Lien eſt præcipuus ſeri fons.

QUia tumoribus aquoſis, qui ſupra admirationem in immanem excreſcunt olem, obnoxius eſt.

2. Quia intemperies lienis calida ſicca onnem ferè ex cibis & potulentis humiditatem queã exugere & vehementer attrahere nata pta eſt, cujus intemperantis attractionis arumentũ eſt dura alvus ſplenicis familiaris.

3. Quia annotatione Hippocraris ſplenici erpetui ſunt Chremetes, ſive Salivatores, & orum morbis familiares ſunt ſudores aſſidui; ım verò urinæ tenues juxta illud: *In longis ebribus tenuibus erraticis tenuium uriarum mictus affectum ſplenem oſtendit.*

4. Quia fluxiones omnis generis & affetus præter naturam, quorum cauſa materias eſt ſerum, invadunt affliguntq; præſertim ſiiſtras partes.

5. Quia experientiâ conſtat, in omnibus ephriticis ferè dolere renem ſiniſtrum, in aucis admodum dextrum, quæ eſt obſervaio Dodonæi & Piſonis. Quid ita? quia ſcil. en multâ turgens aquâ ſuam deponit & exnerat plenitudinem in renem vicinum, & ſibi

PROBATIONES:
1. A tumorum aquoſorum frequentiâ.
2. A temperie lienis ad ſerum attrahendum idoneâ.
3. A ſolutione affectuum lienoſorum per excretiones aquoſas.
4. A conditione ſeroſorum affectuum ſiniſtras partes occupantium.
5. A doloris nephritici proprietate.

ſitu

ſitu reſpondentem, quæ inter decurrendum per renem dimovet deturbatque ſive arenulas, ſive lapillos non fine acerbis ſæpe doloribus.

6. A ſeri utilitate in Liene præſtanda.

6. Quia præcipui ſeri uſus pertinent ad elixationem ſuccorum atque temperationem, & ab inflammatione vindicationem: Portio autem chyli calida tenuis, ex qua lien ſanguinem conficit, propior eſt aſſationi à viſcere præſertim calido ſuâ natura, certè itaque ſeri affuſio maximè neceſſaria fuit in hæmatoſi, quæ fit in liene, ut ſanguis minimè aſſaretur, ſed potius elixaretur. In præfatione operis, pag. 33.

V.

Caput eſt caſtellum, ſeu labrum accommodatum diſtributioni ſeri, ſive aquæ membra omnia, quæ animali cientur motu, irrorantis ac humectantis, & ſpeciatim inſtrumenta guſtûs incolumitatis quidem eorum retinendæ, & cauſæ ſine qua non guſtûs gratiâ.

FUNDAMENTA:

1. A neceſſitate collectionis ſeri in capite.

1. QUIA caput internum externumque innumerabilia pertexunt vaſa ſanguine utroque & ſero diſtenta, & arteriæ præſertim, atque ſanguis quidem in nutritionem capitis totus impenditur, aqua autem minimè; & præter-

erea hæc aqua neque iter in vaſa, unde fluxit, elegere, neque per cranij denſitatem exudare enſibiliter, neque per loci teporem reſolvi poeſt. Itaque ſuperfluit neceſſariò, atque inde anquam è declivi loco ſenſim è capite ſecunum ejus apophyſes, & membranas nervosq; epluit in eorum extremitates membrorum, uæ aquâ ſcatere ſecundum naturam reperiuntur.

2. Quia aquâ præter naturam in capite conteſta & cunctante ſive ob meatuum ejus exretioni dicatorum infarctum, ſive ob expulicis impotentiam frequentiſſimi affectus iboriuntur, ut ſoporoſi, epileptici. *2. Ab effectibus ſeri detentionem in capite inſequentibus.*

3. Quia ab eadem aqua è capite depulsâ fluiones variæ in diverſas corporis partes proianant, & præſertim arthritidis genera, quoum materia quidem eſt ſerum, terminus auem à quo eſt caput, quod confirmatur; quia ujuſmodi fluxiones prævertunt quidem ſæpè ernutamentum & motus convulſivi, ſubſeuuntur autem ſubſiſtentibus fluxionibus, ut tate ingraveſcente, ſoporoſi & lethargici afectus. In præfat. operis pag. 35. *3. Ab effectibus effluxum ſeri ex capite concomitantibus.*

VI.

enarum tumores, Parotis, Paraſynanche r aliarum in ore & circa maxillas glandularum tumores plerunque ſunt aquoſi.

1. Quia

FULCIMENTA:

1. A tenſionis & durities conditione.

1. QUIA in tumoribus illis adeſt tenſio duritiesque mediocris, ſed tamen indolens, quod non poteſt fieri, niſi ab aqua mediocriter in corpore tepente & nullam mordacem qualitatem habente.

2. Ab invaſionis & ſolutionis modo.

2. Quia hunc aqueum humorem fomitem eſſe probant, cùm invaſio non ita ſubita, ſed lentè progreſſa per motum ſcil. attractionis, cujus occaſio apricatio nuda ſæpiſſimè, tùm reſolutio lenta pariter, ſed perfecta citra reliquias ſive puris, ſive alterius materiæ durioris, vel ſaltem quæ cum plurima ſalivatione fiat.

3. A temperamento ægrorum ad ſeroſos humores colligendos apto.

3. Quia ægrorum his affectibus obnoxium nativa corporis conſtitutio in ſeroſam colluviem eſt proclivis.

4. Ab alvi lubricitate & defluxione in gulam.

4. Quia alvus ſemper in illis liquidis diffluit excrementis frequenteſque fiunt in gulam fluxiones, quæ vel cibis viam intercludunt.

5. A partiũ ſitu.

5. Quia partes commemoratæ meatibus excretioni ſeri è capite ceu communi labro depluentis inſervientibus è directo ſubijciuntur, & porrò glandulæ omnes cum ſint texturæ rarioris, aquæ imbibendæ ſunt natæ aptæ. Obſerv. 3. 4. 5. pag. 39. 40. 41.

VII.

Odontalgiæ creberrimè ab eluvie ſeroſi humoris è cerebro decumbente ſuccreſcunt.

1. Quia

I. QUIA nulla temperies, nulla ætas, nulla vitæ inſtitutio nullumque anni tempus datur, in quo caput non ſcateat aquatili humiditate, quæ poſtea levi cauſa accedente ad dentium locum ablegatur.

2. Quia aſſidua ſalivatio perpetua ferè doloris dentium comes.

3. Quia neglectis remediis, quibus vulgò os colluitur, conferunt medicamenta primo quoque tempore ingeſta, quæ ſerum ſive aquam educere ſunt potentia. Obſerv. 7. pag. 43.

ARGUMENTA: 1. Ab inevitabili præſentia ſeri in capite. 2. A ſalivatione concomitante. 3. A curatione per hydragoga.

VIII.

Hypochymatis cauſa materialis eſt ſæpe aqua, ſive ſerum purum putum, quod interdum lentius jam à mora factum eſt, vel cui immixtum eſt nonnihil mucoſi illius & excrementitij humoris viſcidique, qui à particulari nutritione cerebri ſuperare ſolet.

I. QUIA ſerum in capite redundare paſſim conſuevit non tam ex vaporibus undecunque in caput elatis & ejus frigore aqueſcentibus, ſed potius quod ſerum illud utrumque ad caput deducens ſanguinem ſuo munere perfunctum ex naturæ inſtituto ob memorabiles utilitates decurrere debet in organa motus animalis, qui ſeroſus humor

RATIONES: 1. A ſeri ſingi redundantia in capite & ejusdem neceſſario defluxu in partes ſubjectas.

quacunque ratione redundans in capite quoties ab eodem depluit in ſubjectas partes, ac præſertim oculos, variis fluxionibus materiam præbet.

2 Ab humoris intercipiẽtis primævâ indole.

2. Quia initiò humor iſte intercipiens & in extremo pupillæ propè cryſtallinum latitans tenuis eſt fluxuſque & non denſatus ac coloris aquei ſeu aërei à diaphano parùm remoti, unde ſui ſpeciem ad extra effundere nequit, ut ab alijs videatur.

3. A calidâ capitis conſtitutione.

3. Quia in ægris hypochymate laborantibus adeſt colluviei ſeroſæ capitis fomes, calida ſcil. capitis conſtitutio, quæ propenſa eſt in omne fluxionum genus, ut annotavit Galenus. *Quibus* (inquit) *ſanguis eſt fervidior, ijs vaſa inprimisq́; arteriæ plurimo redundant ſero;* quibus vaſis quia innumeris caput eſt intertextum (gratiâ ſcilicet uberioris ſpiritus, qui tot ſenſibus pro vita excubantibus & tot ſufficiat motibus) neceſſe itaque caput perenni ſcatere aquâ.

4. A genere victûs rationis conferentis.

4. Quia victûs rationis momentum omne in parco uſu liquidorum & parciſſimo potu poſitum eſt, præcipuéque vini, quo nihil in implendo capite, ſeroſaque plenitu-
„ dine augenda pro inſito ejus ſurſum impe-
„ tu ſubſtantiæque modo aqueo potentius re-
„ perire eſt.

5. Quia

5. Quia uſus manifeſtus eſt hydragogorum eorumque omnium, quæ manifeſtè aquam evacuant, qualia vulgò præſcribuntur pro curatione hujus affectus. Obſerv. 10. pag. 54. 55. *5. Ab uſu hydragogorum profi-cuo.*

IX.

Hemicraniæ ſæpcnumerò accidunt ob ſerum vel in capite antè ſtagnans ac quieſcens, ſed per ambientis commotionem ſive ab obſcuro quodam Lunæ ſyderumq; influxu, ſive à reciprocantibus ventis illatam, ſive aliter fermentatum, vel à raptu quodam in caput delatum & ferveſcens, ideoq; cerebri membranas violenter diſtendens divellensque.

DEMONSTRATIONES:

1. Quia adeſt dolor non acer ac pungens, ſed gravitate obtundens. *1. A doloris differentiâ.*

2. Quia vomitum aquæ ſemper etſi aliquando bili immixtæ, ſed utplurimum ſinceræ puræque, lentæ tamen & albumen ovi quaſi congelati referentis, ſolutio doloris ſemper ex voto ſubſequitur. Hæc aqua Hemicranicis evomi ſolita ipſiſſima eſt ſpecie, quæ à medicamentis validis & hydragogis tracta vomitu paſſim reijci conſuevit, quam omnes ab uno fluere capite, *2. A vomitûs aquoſi levamine.*

 non

Aqua ex venis meſaraicis in ventriculũ non aſcendit.

non è venis autumant. Etenim ratio diſſuadet, aquam ex ſe gravem è venis meſaraicis gaſtricisque ſurſum aſcendere in ventriculum vaſis illis ſuperiorem poſſe, unde nunquam viſum eſt ſeroſam totius habitus colluviem per ventriculum depoſuiſſe, vomituque redditam fuiſſe, ſed per inteſtina in diarrhæa aquoſâ, cum contrà nihil frequentius, quàm particularem capitis pleonexian in ventriculum deponi. Proinde in vomitu ex hoc affectu orto Piſoni ea meningum cerebri contractio animadverſa eſt, ut manifeſtè cranium à ſeipſo divelli ſuturaque coronalis aperiri ipſi propemodum videretur non ſine atrociſſimo dolore.

3. A ſomni proprietate.

3. Quia ſomnus, ſive ſopor quacunque horâ diei omnibus hemicranicis ſenſim obrepens dulcis ac demulcens, nec non ἀδιέγερτος eſt. Ex quatuor enim humoribus in maſſa ſanguinis contentis in capitis vaſis bilis quidem vigilias infert ſuâ acrimonia & ſiccitate, reliqui autem tres humores unà cum excremento cerebri mucoſo præ inſita craſſitie haud facilè poſſunt reſolvi. Itaque in meatus ſenſuum appulſi non levem aut brevem ſomnum ſcil. ἀδιέγερτον, qualis hemicraniam comitatur, ſed contumacem & verum ſoporem certe δυσδιέγερτον adferunt.

ferunt. Serum autem ſanguinis vehiculum cum naturâ ſuâ mulcebre, ſit ac frigidum & humidum tum præ tenuitate facilè reſolubile, proinde ſomnum primi generis natum eſt excitare, & eum qui ſit alioquin doloris præſtantiſſimum remedium.

4. Quoniam, experientiâ teſte, Hemicrania epilepſiam graviſſimosque capitis affectus ſoporoſos præcurrere ſolet. Hujusmodi autem affectus, ut poſtea demonſtrabitur, ſeroſam in capite colluviem continentem habent cauſam.

4. A ſimilitudine affectuum, quos hemicrania præcedere ſolet.

5. Quia induciæ exiſtunt cum hemicrania, imò pax alta, quoties præcipiti vere & æſtate univerſum corpus quotidianis & matutinis ſudoribus ſponte manantibus diffluit.

5. Ab allevamento ex ſudoribus.

6. Quia convulſivos abdominis & hypochondriorum dolores, qui hemicraniam comitantur, capitis dolor ſemper prævertit. Obiter hinc elici poteſt, caput per ἰδιοπάθειαν laborare, inteſtina ventriculumq; per συμπάθειαν capitis. Obſerv. 11. 12. 13. pag. 62. 63. 64. 65. 66.

6. A natura affectuum, qui hos ſequuntur dolores.

X.

Vertigo ſimplex oritur à ſeroſo humore ſpiritus horſum vorſum volvente, & repræſentante animæ objectorum quieſcentium ſpecies mobiles.

PROBATIONES:

1. A ſputatione comite.

2. A vomitûs aquæ puræ commodo.

3. A cauſa vertiginis primitivâ ex ſententia Aretæi.

4. Ab identitate affectuum, quos præcurrere ſolet.

1. QUIA adeſt ſpuitio aſſidua cum nulla ſuſpicione vaporis è ſubjectis viſceribus demandati.

2. Quia ægri à vomitu aquæ puræ liquidæque ſed ſpumeſcentis magnum affectûs allevamentum accipiunt.

3. Quia obſervatione Aretæi inter cauſas vertiginis eſt corpus minimè ſudore difflatum, hoc eſt, ſerum ſuppreſſum.

4. Quia vertigo eſt prænuncia Apoplexiæ vel Epilepſiæ, & in eas facilè migrat, quas affectiones demonſtrabitur continentem cauſam habere ſeroſam colluviem. Quibus namque ex Hippocrat. 12. ſect. 1. 3 Conc. *Capitis dolor, ſonitus aurium ſine febri, tenebricoſa vertigo & vocis tarditas, hos vel Apoplecticos vel Epilepticos, vel denique oblivioſos fore exſpecta.*

5. A ſymptomatum ſequentium conditione.

5. Quia vertigo his ferè ſymptomatis ſtipata hemicraniâ ſcilicet prægreſſa, febricula, dolore oculorum, tenebricosâ viſione, vomitu aquoſo, & id genus, quæ deſcribit Hippocrates; tamen ea omnia ipſe refundit in pleonexiam ſeroſam capitis li. 2. de morb. Non enim deſcribit hydrocephalum, ut ſenſit Clarus Mercatus, ſed potiùs hemicraniam vertiginoſam, Obſer. 14. pag. 70.

XI.

Carus ſæpè fit à ſero, ſive à febri, ſi adfuerit, ſive à tempeſtate aêrea commota, quod ſusq; deq; vaſa cerebri diſtendendo in eam ſinus contrahit anguſtiam, ut deinceps eâ copiâ, quâ ſenſus poſtulat, ſpiritum admittere non poſſint.

FUNDAMENTA:

1\. QUIA ſanguinis ipſius maſſa quatuor complexa humores tam facilè ab occaſione aliqua externa, qualis eſt aeris perturbatio, quæ huic morbo ſæpe dat principium, in vaſis turgere poteſt: Sed ſerum duntaxat, quippe quod facilimè & creberrimè ab hiſce cauſis movetur, ut ex multis ipſius obſervationibus antecedentibus & conſequentibus conſtare poteſt.

1. A commotione ſeri facilimâ.

2\. Quia in pueris duntaxat iisque temperie à natura mediocri, aut verſus frigus & humiditatem inclinante præditis, quibus membranoſum nervoſumque genus longè mollius eſt & effæminatius, ut ſerum in caput appulſum excutere poſſit ad meatus excretioni ejus à natura inſtitutos, ſopor ille comitem ſe adjungit continentibus febribus.

2. A complicatione cum ſynochis in ætate ſolùm puerili.

3. A ſignis illuviem ſeroſam indicantibus.

3. Quia ægelli filioli ſui hoc ſopore comprehenſi Obſerv. 15. natura prona extitit ad illuviem in capite ſeroſam, ſcil. vernacula viſcerum temperies ei ad humiditatem propendebat & mediocrem calorem, caput oppidò magnum erat, idémque achoribus ſive ulcuſculis, quibus ætas ea ſcatere ſolet, nuſquam antea diffluxit; & contra aſſidua illi ſpuitio multa, frequentesque catharrus in fauces & diarrhæa cephalica.

4. A ſolutionis termino.

4. Quia ſolutio ejusdem fit citra excretionem ullam & citra abſceſſum, qualis perfecta reſolutio & inſenſilis in aqueum duntaxat humorem cadere poteſt. Idipſum etiam accidit in puello; Nam vi medicamenti hydragogi, Diaphænici ſcil. & ſyrupi roſarum ſolutivi ſeroſa præcipue immunditia è corpore & capite plurima illecta defluxit per alvum. Vide Obſervat. 15. pag. 73. 74. 75.

XII.

Parapoplexia, ſive Apoplexia levis, aut febris tertianaria eaq; comatoſa provenit à ſeroſo humore, bile atque fuliginibus bilioſis nonnihil perfuſo atque caput opplente univerſum unà cum ſanguino in ſtipitibus magnorum vaſorum ebulliente & accenſo.

Hujus

HUjus immunditiæ multæ cerebri mucoſis excrementis conſpurcatæ clara fuerunt indicia in Viro Illuſtriſſimo, cujus hoc ſymptomate extincti mentio fit Obſerv.16. 1. Sternutatio aſſidua plurium dierum. 2. Tuſſis cum cantu. 3. Oculi ſine cauſa manifeſta collachrymantes. 4. Sopor ſingulis Epiſemaſijs exacerbationum periodicarum conjunctus & adeò contumax, ut niſi quindecim horis exactè ſolveretur. 5. Aqua reperta plurima ſtagnans in toto capite, & adhuc in cadavere reſes, nec ab ardore febrili deſiccata. Febrem verò in ſanguine inflammato hæſiſſe argumentum eſt, quòd ſanguinis maſſa ardore febris penè exiccata exhauſtaque ſit, ut diſſectio cadaveris docuit, cùm in vaſis vix libra ſanguinis reſtitiſſet in demortuo. Obſerv. 16. pag. 81. 84. Vide etiam obſerv. 17. pag. 86.

FULCIMENTA:

1. A ſternutationis frequentia.

2. A tuſſis ſpecie.

3. Ab oculorum illachrymatione.

4. A ſoporis gravitate.

5. Ab autopſia.

XIII.

Apoplexia alia perpetua, alia intermittens quoque eſt.

APoplexiâ perpetuâ prætermiſsâ, quæ ab omnibus conceditur, Intermittens eſt, quæ fit ex materia non in cerebro ante congeſta, ſed illuc affatim aliunde translata, ut in puerpera, cujus mentio fit apud Clariſs. Virum Ludovicum Duretum, quæ ex in puerpe-

ARGUMENTA:

1. Ab authoritate L. Dureti.

erperio ex trãslatione ſanguinis ſuppreſſi in caput apoplectica interijt. Non enim de natura apoplexiæ eſt, ut in cerebro ſemper præfuerit focus, ſaltem focus, qui excitat febrim, ſed poteſt eſſe vel in viſceribus, vel in vaſis magnis & aut ſtatim prima acceſſione ferri in caput, aut aliquo alio die deinceps ex iis, quibus ſolet moveri materia febris, ſive ſanguis. Nec enim dubium eſt, febrim Apoplexiæ comitem poſſe alicubi, quàm in cerebro latere, ut horror, à quo ſæpe incipit Apoplexia, inſinuat, & præterea febris in capite focum habens cum delirio & vigilijs potiùs conjungitur. Itaque fieri poteſt febrim Apoplexiæ comitem quasdam habere exacerbationes, licèt ratione ſoporis obſcuras, quod ſcilicet cerebrum perfectè non liberatur, ut evenit in caſu Illuſtriſſimi Obſerv. dictâ paralyſi ſuperveniente primæ invaſioni, quæ quatuordecim duravit dies & periodicos manifeſtè motus habuit ſingulis motibus Lunæ & tempeſtatum mutationibus recurrens. Avicenna quoque hujuſmodi conſtituit differentias, easdemque Galeno inſinuavit. Obſervat. 16. pag. 85.

2. A febris, quæ apoplexiam comitatur, foco.

3. Ab authoritate Avicennæ & Galeni.

XIV.

XIV.

Apoplexia levis, quæ in Paraplegiam, ſeu Hemiplegiam mutari ſolet, non tam oritur ab humore craſſo viſcidoq́, ventriculos cerebri obſtruente, quàm à ſeroſa colluvie in cerebro redundante.

1. QUIA viſcidus humor lentore ſuo, ceu firmo glutino parietibus ventriculorum cerebri tenaciter adhæreſcens momento propè detergeri, ex iisque excuti & excuſſus in diſtans nervorum principium compelli nequit.

RATIONES: *1. Ab humoris pituitoſi ineptitudine ad celerem excuſſionem ad nervos.*

2. Quia non poteſt humor craſſus unaque glutinoſus in nervorum cava præ anguſtia ſenſum fallentia ſeſe inſinuare, imò decurrere ad eorum extremas usque fibras tantâ cum celeritate, quantam permutatio illa præ ſe fert.

2. Ab ejusdem impoſſibile ingreſſu in nervorum cavitates.

3. Quia humor craſſus perfectè reſolvi haud poteſt, cùm perfecta humoris reſolutio non niſi vi caloris obtineri queat. A calore autem humor craſſus & lentus magis ac magis incraſſari & indureſcere ſit pronus, ut ex calculis ab huiusmodi humoribus in animantium corporibus genitis conſtat. Vide Obſerv, 20. 21. 22.

3. Ab ejusdem difficili reſolutione.

XV.

XV.

Lethargus, quem hydropem cerebri appellare mavult C. Piſo, non à craſſa, lentaq; pituita; ſed ſæpe à ſeroſo humore in toto primùm tandemq; in capite univerſo ebulliente dependet.

DEMONSTRATIONES:

1. A febris progreſſione.

1. QUIA ſymptomatum, quibus lethargus definitur, congeries febri arthritidi conjuncta non niſi jam aliquatenus progreſſæ ſub finem ſcil. primi ſeptenarij, vel etiam feriùs ſupervenire & nunquam prævertere conſuevit. Itaque lethargus tanquam primigenia capitis affectio conſtitui nequit, ſed per propagationem materiæ ſeroſæ capiti communicatæ aliunde ex vaſis totius, ſuperſtite tamen priore foco, ſuccreſcere ſatendum.

2. A frequẽti & ſpontanea periodicatione.

2. Quia veternus ille ter quaterve & ſæpius quotannis periodicè recurrens ſponte ſua & ſine ullis artis præſidiis ſolvitur. Quomodo igitur hoc fieri poteſt, ſi à craſſa lentaque materia, qualis eſt & perhibetur mucoſa capitis pituita, duntaxat foveretur?

3. Ab oſcitationis crebritate.

3. Crebra oſcitatio madorem muſculi digaſtrici à maſtoide exorti maxillæque inſerti ab aqua è capite depluente cònſequens huic favet dogmati.

4. Ut

4. Ut & clariùs tumor totius faciei de color & aquæ concolor atque dialis ferè id manifeſtat. *4. A tumoris faciei conditionibus.*

5. Εφίδρωσις ac urinæ copioſæ illæ quidem & aquoſæ prorſus, non urinis jumentorum ſimiles, ut in lethargo pituitoſo; & præcipuè dejectiones liquidæ hanc ſententiam confirmant. *5. A ſudatiuncula & urinis aqueis.*

6. Quid denique convulſorij in toto corpore motus, nedum manuum tremor? Si non à ſeroſo fervore ſuo variè membranas cerebri impellente ac diſtendente & in ſe contrahente, ideoque nervoſum genus ſaltem convellente & concutiente, etſi non membra ipſa ſive ob contractionis parvitatem, ſive ob mollitiem nervorum vetuſtate morbi jam effœminatorum? Scil. hi motus convulſivi ejusdem generis ſunt cum convulſivis illis motibus, qui primis inſultibus arthritidis ægrum adeò vehementer agitant, ut inviti membra artusque ſuſtollerent, ni ab aſſidentibus continerentur in ſua ſede & conſtringerentur. Obſervat. 23. pag. 95. 96. 79. *6. A motibus convulſoriis eandem cauſam agnoſcentibus.*

XVI.

Lethargus exoritur non ab obſtructione ventriculorum cerebri, ſed ab eorundem compreſſione aut à madefactione cerebri membranarum.

Probationes:

1. A Lethargi inſenſili & perfectâ ſolutione.

1. Quia Lethargus ſponte ſolvitur perfectè & inſenſibiliter, licèt non niſi lapſu temporis; minimè autem cum ſenſibili excretione per meatus naturales, neque commutatur porrò cum Paralyſi, quæ ſolutionis ſpecies familiares ſunt morbis ab obſtructione ventriculorum pendentibus; ſiquidem ventriculi patent in meatus oris atque narium & in quartum in ſpinali medulla inſculptum.

2. A ſenſuum diminutione.

2 Quia ſenſus non ſunt omninò obruti, ſpiritus ſanè non penitus abeſſe, nec omninò ijs denegari commeatum ultrò citroque in ſenſoria, ſed tantùm impediri graviter neceſſe eſt. Obſer. 23. pag. 100.

XVIII.

In hyſtericis affectibus principium nervorum afficitur, id eſt, meninges capitis, quarum propagines ſunt nervi omnes, quatiuntur aut rigent.

Argum: A ſenſûs & motûs ſimul perverſione.

Quia ſimul cum ſenſu univerſo ablato motus animalis in toto corpore pervertitur & derepentè certè vel nervoſum genus toto corpore, vel ſaltem principium ejus affectum eſſe malè neceſſe eſt. Non eſt autem probabile in corpore memorato obſervat, 24. paulò antè ſano & firmo validoque à natu-

natura nervoſum genus toto in corpore re-
vera per ſe lædi à cauſa interna atque ex alia
parte externa cauſa nulla noxia circumſtat;
ex anotomes porrò fide nervi in toto cor-
pore tanquam funiculi quidam continui
ſunt cerebro;& ita continui,ut cerebri mem-
branis,tanquam principio nervorum præter
naturam contractis concuſsisq; aut rigidis
factis neceſſe ſit τὰ πεφυκότα, id eſt, ner-
voſum genus appenſum,ſive totum ſive ma-
gnâ ex parte contrahi pariter concutiq; aut
rigeſcere, ut ex analogia rerum externarum
evidenter conſtare poteſt;& verò ea contra-
ctio nervorum fit verſus caput, id eſt, verſus
principium nervorum, efficitur profectò in
hyſtericis reliquum à capite corpus convelli
ſive concuti,aut rigere diſtendiq; violenter,
non quia ipſum cauſâ morbificâ obſeſſum ex
ſe laceſsitur,ſed quia principium nervorum,
i.e. meninges capitis,quarum propagines sũt
nervi omnes, quatiuntur aut rigent. Obſerv.
14. pag. 107. Quanquam enim nervi omnes
ibi ſunt continui;particulatim tamen ſingu-
li eam vim minimè habent,ut & reliquos aut
ipſummet principium nervorum in conſen-
ſum trahere ſemper valeant, etſi fortè vici-
nos & contiguos poſſunt,ijs quippe non eſt
innata tanta durities ad id neceſſaria, ſed po-
tiùs mediocritas quædam, per quam

Contractionem meningum tanquam principij nervorum totius, vel magnâ ex parte nervoſi generis contractio ſimul inſequitur.

vicini cedunt, trahique ſe patiuntur, ſed ea tractio minimè univerſum genus poteſt percellere, niſi ſit oppidò vehemens. pag. 108.

XVIII.

Motus jam ille depravatus principij nervorum nervoſiq; generis non eſt motus naturæ irritatæ membranarum cerebri ſeſe continentium & inordinatè moventium, ut moleſtum ac triſte corpus excutiant, ſed eſt contractio quædam ſeu breviatio longitudinis nervoſi generis, quæ neceſſariò ſequitur latitudinis principij nervorum augmentum & extenſionem ab implente aliquo corpore factam.

FUNDAMENTA:

1. A ſenſus tactûs abſentia.

1. QUIA ſenſus tactûs in hoc affectu prorſus deperijt. Nam cùm ſenſus prorſus ſunt ſepulti, naturam non eſt probabile irritatam, contractionem eam membrorum & concusſionem moliri, ut excutiat noxium aliquid & moleſtum. Movens enim ad movendum non niſi ab appetitu vel ſalutare proſequendi vel noxium fugiendi impellitur. Appetitus autem prævio alterutrius ſenſu ducitur excitaturque.

2. A convulſionis hyſtericæ contumacia.

2. Quia convulſio in hyſtericis ſæpè permanens eſt plures horas nec ullis interrupta motibus reciprocantibus ſive in toto, ſive in par-

parte, ut gutture. Sæpè namque videre eſt urgente ſuffocatione contractos muſculos laryngis diu manere rigidos (tumor ſanè colli conſpicuis ſatis id arguit) & tamen nullis concuti reciprocantibus motibus.

3. Quia facilis lapſus Epilepſiæ eſt in tetanum, ut & in Apoplexiam, quod utrumq; pluries ab Authore obſervatum, qui certè affectus plenitudinis materiæ, non pravæ alicuius qualitatis ſunt effectus. Illa autem in Epilepſia conquaſſatio vibratioque membrorum identidem ex intervallis quaſi rigorem interrumpens ſequitur diſtentionem ex intervallis factam eamque maiorem ſive propter novum materiæ influxum, ſive potiùs propter ebullitionem novam: quo ſanè ea tamdiu cum rigore pertinaciter durat, quoad cauſa implens ferè attenuata ſit & in ſpumam reſoluta ſponte diffluat, liberumq; relinquat nervorum principium. Obſerv. 26. pag. 109. 110.

3 A degeneratione Epilepſiæ in tetanum & apoplexiam. Epilepſia periodica vibratio ſequitur diſtentionem ex intervallis factam.

XIX.

Senſus in his affectibus non tam per veram à propagata materia illatam obſtructionem, quàm per ſubſidentiam ventriculorum factam vi contractionis inſignis.

C 1. Quia

Ration: *1. A priori & maiore motꝰ, quàm ſenſuum deſtructione.*

1. Quia paſſim motus perverſio ſenſuum abolitionem præcedit, & ſenſuum læſio minor eſt, quàm depravatio motûs, cum etiam quædam Hyſtericæ meminerint auditorium, & vociferationibus excitentur, & viſus ipſe tolli potiùs videatur in pleriſq; ob convulſionem oculorum, quàm interceptum influxum ſpirituum.

2. A modo agendi cauſa motum depravantis.

2. Quia motus depravatus in Hyſtericis fit à cauſa principium duntaxat nervorum occupante & in eo ſubſiſtente, non autem ſubeunte altiùs & invadente nervoſum genus univerſum, quod conijcere eſt ex facili reſolutione affectûs; veroſimile igitur eſt ſenſus externos aboleri communi ſenſorio læſo & ſubſidente tantum, non autem impletis cavis nervorum animalis ſpiritûs carnalium, pag. 111.

XX.

Sànguis ſuppreſſus circa uterum non eſt tot malorum fomes.

Rationes: *1. Ab occupatione ſubjectorum, in quibus ſanguinis penuria.*

1. Quia tot ſive puellulæ nondum ſubactâ ferre jugum cervice valentes, quibus ante abſolutum corporis incrementum ſanguis exuperare non poteſt, ſive vetulæ & ſexagenariæ, quibus ſanguinis penuria ob effætam naturam adeſt potiùs, quàm ubertas, vivunt hiſce ſymptomatis, experientiâ teſte, obnoxiæ.

2. Quia

2. Quia tot mulieres (ne mares commemorentur quibus eâ copiâ ſanguis in vaſis turgere viſus, ut ſponte eruperit ad libras circiter viginti;non prægreſſis tamen hujus generis ſymptomatibus) adultæ, quibus vel ante exactum 25.annum nondum menſes eruperant,eæq; non à natura viragines, ſed ex earum genere, quas Hippocrates γυναικοτέρας vocat, & alioquin deſides & cibis delicatis veſcentes, itaque plethorâ laborantes, multoq; turgentes ſanguine immunes ab hiſce terrificis ſymptomatis vivunt.

2. Ab immunitate horū affectuum in ſubjectis ſanguineis.

3. Quia quæcunq; febre albâ & pulſatione arteriarum dorſo incumbentium affliguntur, quos affectus ſanguinis ex utero palindrome ad viſcera Medicorum omnium conſenſu parit,non experiuntur tamen eadem ſymptomata.

3. Ab eorundem abſentia in febre alba laborantibus.

4. Quia ex Lochijs tot menſes in utero commoratis, neque ſynocho ab uteri phlegmone exorto,aut febre hectica, quæ empyemati eiuſdem ſucceſſerit detentæ Epilepſiâ & hyſtericis affectibus prædictis minimè corripiuntur.

4. Ab illorū carentia in lochiis detentis &c.

5. Quia talibus vexatis ſymptomatis menſes fluxerunt longo tempore & modo legitimo ac pro conſuetudine, imò præter menſes hæmorrhoides identidem & ſatis liberales. pag. 114. 115.

5. Ab invaſione earum quibus menſes fluunt.

XXI.

Uterus in his affectibus eſt extra culpam.

DEMON-STRATIO-NES:

1. A denegato uſu utero vulgariter adſcripto.

1. QUia non eſt ſentina ſanguinis in toto excrementitij, quod officium uni pudoris ſinui à natura eſt demandatum. Nam experimento plurium Anatomicorum & Piſonis, in puellæ, quo tempore menſes fluerent, ſtrangulatæ cadavere ſuperioribus annis publicè diſſecto ſolus ſinus pudoris obſervatus ſanguine perfuſus tinctusque menſtruo; uterus autem prorſus ſiccus & arctè connivens; & certè parum eſt probabile per anguſtam admodum uteri cavitatem continendæ fabæ Ægyptiacæ imparem à jacente & dormiente muliere tantam ſanguinis vim abſque evidente corruptela aut nimiæ humectationis præter naturam ſive uteri, ſive orificij ejus interni conceptui alias præjudicioſæ periculo præterfluere, ſi modo tum aperitur orificium, aut periculo carnoſæ concretionis & informis cujusdam ſubſtantiæ, quæ in colore, craſſitie, & ſoliditate carni hepatis prorſus exquiſitéque vel ſenſus viſûs judicio ſimilis animadverſa eſt ab Authore,

In menſium fluxu uterus potius eſt ſiccus & ſolus pudoris ſinus ſanguine perfuſus.

2. Ab uteri anguſtia & ejus vaſorum gracilitate.

2. Quia è tantulo ſanguine, quantum capere poſſit uteri cavum ex Anatomia adeò angu-

anguſtum, vaſaque ejus gracilia quoque admodum, expirare tantam vaporis copiam, quæ univerſum nervorum principium ſuâ multitudine diſtendere & contorquere poſſit, videtur omninò eſſe ἀδύνατον. pag. 116.

XXII.

Neque ſemen eorum affectuum cauſa exiſtit.

PROBATIONES: *1. A ſeminis mole exigua.* *2. A viarum præcluſione.*

QUî enim tantulum ſemen vaſtam adeò pectoris & capitis capacitatem vapore poteſt complere?

2. Per quas vias illuc pervenire & efferri poteſt? Neque enim per nervos minimè patentes, aut certè exiguis oppido poris hiantes, neque per venas aut arterias; quia ſubitum adeò influxum ſanguis non permittet; neque verò per ſpiracula partium interarum, cum diaphragma ex ſe denſum interciperet; nec denique niſi ſucceſſivè hæc ſymptomata ingruerent, unamque partem poſt aliam adorirentur, cùm tamen vel nictu oculi omnes ſimul & ſemel partes affligantur & percellantur.

3. A difficili ſeminis craſſamenti diſpoſitione ad corruptionem.

3. Quia ſi ſpiritalem ſubſtantiam ſeceris, craſſamentum in ſemine reliquum à naturâ terrenum aqueum ex prædomino ex Ariſtotelis doctrinâ, ut cætera corpora ter-

ta terræ & aquæ communia, qualia ſanguis & lac à calore ambientis vehemẽti quidem uri, à mediocri autẽ exſiccari magis natum eſt, quàm diffluere & in tabum putridum colliqueſcere.

4. A ſeminis in proprio loco conſervatione.

4. Quia ſemen in corpore retentum è naturalibus vaſis ſeu conceptaculis non exilit, ſed in ijs ſervatur tanquam alter naturæ theſaurus & ſanguine ipſo carior, quî putreſcere ergò in iis magis, quàm ſanguis poteſt, præſertim cum calidum in eo naturale ſit altiùs inſitum & vegetius?

5. A ſubjecto, quæ tales experiuntur affectus.

5. Quia experientiæ fide multæ puellulæ vivunt hyſtericis tentatæ ſymptomatis ante 12. 15. nedùm 18. ætatis annũ, quo primùm anno benè temperatæ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ſemen generare incipiunt, cum ante incrementum corporis ſubripuerit omnem ſeminis materiam. Contrà autem adultæ raræ admodum vivunt ſive viduæ, ſive moniales hyſtericis affectæ ſymptomatis, ſcil. natura docta ſine doctore ſibi ſufficiens eſt & excrementa omnis generis utcunque ſuperflua ſi maturè digerere nequit, certè expellit non minùs in fœminis, quàm in maribus & præſertim tempore quietis, quo anima nullis diſtracta objectis externis, ſolet ſuum contemplari domicilium, ut loquitur Hippocrates.

6. Quia

6. Quia retentum in maribus ſemen hyſterica dicta ſymptomata nunquam importare viſum,aut fando auditum. *6 Ab horũ ſymptomatum abſentiâ in viris.*

7. Quia experientia docet plures in genere mulierum hyſtericis tentari ſymptomatis; antequàm nuberent; eas nihilominus poſtquam nupsêre & ex viri contubernio prolem ſuſceperunt, eadem experiri accidentia vel in mediis virorum amplexibus.pag.117.118.119.120.121. *7. A ſævitie eorundem etiam in nuptis.*

XXIII.

Caput per idiopathian affectum, non per ſympathiam ſive ventriculi ſive hypochondriorum, ſive membri cujuscunque tales ciet motus hyſtericos.

SAne ſymptomatum contumacia, quæ fidem omnem ſuperare videtur, facile convincit, hos affectus affecti per Idiopathiam, non per conſenſum capitis eſſe. In ſpecie ita demonſtrari poteſt: Ventriculus etſi nervoſus ſit admodùm, ipſe tamen vel ſingultibus lancinatus & convulſus, ſive ob vulnus proprium, ſive humore aliquo maligno per febres cacoethes appetitus, nunquam ita caput convellere, totumque nervoſum genus cernitur, ut corpus rigidum *FUNDAMENTA: 1. A ſymptomatum pertinacia. 2. A denegata ſympathia ventriculi.*

Hypochondrij ſiniſtri. inflexibileque reddat. Nec ab hypochandrio ſiniſtro per Epigeneſin caput ita tentari poteſt, ut non potiùs ab hac cauſa ſenſus internus ſive mens pervertatur, quàm animalis motus; Quàm raros enim videas hypochondriacos aut quartanâ laborantes & omnino ſplenicos in epilepticos evadere? *Et particularis membri.* Et ſic pari ratione convulſiones particulares alicujus membri, ſive digiti ſive brachij non ſunt cauſa univerſalis illius, quæ capitis contractionem in ſe ſequitur; quin potiùs contrà capitis contractioni incipiẽti aliquod membrum priùs compatitur, quám totum in conſenſum trahit, cum in illo nullum inſignis putredinis ſignum ſe prodat, nullus præter naturam affectus, ut integritas omnium actionum ante & poſt paroxyſmum conſtans evidenter docet. *Particularis convulſio ſentitur ante univerſalem.* Sentitur autem illa particularis contractio ante univerſalem ab ipſis ægris; quia ſenſus in iisdem non ſunt penitus ſepulti: *Ratio I. à ſenſuum abolitione nondum peracta.* Nimirum facile evenire poteſt, ut oppletio diſtentioque partis capitis poſticæ, quæ eſt motus animalis principium, antevertat repletionem anteriorum cerebri ventriculorum, in quibus ſenſus communis viget: aut etiam contingere poteſt, ut diſtentio partis poſticæ capitis, dum adhuc eſt in fieri, nondum perfectam ſubſidentiam ſinuum anteriorum inferat, ita ut convulſio ali-

aliquius poſſit incipere ante ſopitos omnes ſenſus. Quin etiam oppletio, ſeu diſtentio poſticæ partis capitis non ſemper æqualiter fit ſecundum totam, ſed modò dextræ aut ſiniſtræ partes, modò poſticæ aut anticæ priùs diſtenduntur contrahuntúrve cæteris, quod ex ſe eſt evidens: Quo ſanè neceſſe eſt, nervos diverſis his partibus appenſos, modò hos, modò illos primùm convelli, ac proinde membra ijs reſpondentia, quàm totum principium atque adeò univerſum corpus. Idem etiam accidit quod dùm cerebrum magis corrugatur in unâ quàm in altera parte, tum ventriculi anteriores nondum adhuc ſubſident. Qui fit autem, ut convulſionis ſenſus ab ægro incipiat ab extremis partibus? Credibile profectò eſt id evenire, quod per contractionem nervi pars, cui hic inſeritur, neceſſariò divellatur, non item mediæ partes, quas nervus prætercurrit, quibusque nulla ratione alligatur; ſit autem pars, cui inſeritur nervus, exquiſiti ſenſûs atque magnitudinem nervi extremitate maiorem obtineat, indéque divulſio à nervo facta in parte, cui extremitas nervi inſeritur, maiorem ſui exhibeat ſenſum & cum dolore coniuncta ſit. Senſus autem veluti auræ aſcendentis à parte convulſa verſus caput, non eſt aſcenſus cauſæ morbi-

2. Ab oppletione inæquali poſticæ partis capitis.

Convulſionis ſenſus incipit ab extremis partibus.

Ratio à partis contractione, cui inſeritur nervus.

Senſus auræ veluti aſcendentis præ...ſenſu nervi fieri videtur.

ficæ cerebrum invadentis concutientisque, ſed eſt ipſius concuſſi nervi ſenſus. Nam quia minus calidum reſpectu calidioris ſenſum frigidi infert, nervus certè identidem contractus, ſeu contremiſcens & concuſſus quia minus calidus carnoſo genere ſubjecto, auræ veluti frigidæ præterlabentis ſpeciem ſenſumque eidem infert. pag. 122.123.124.125.

XXIV.

Hyſterici affectus oriuntur ab aqua ſive ſero fervore quodam concepto violenterq; diſtendente principium nervorum, ſpinalis medullæ & ſexti ſeptimique parium.

Arg. *1. A ſero in capite redundantis acili efferveſcentia.*

1. SErum enim cum ſuum uſum expleverit, è vaſis diffluit in ſpatia membranas cerebri interiecta, ibique porrò reſidet ob denſitatem cranij ſenſimque congeritur & colligitur. Ita redundans facilè huc illuc moveri & exundare aut etiam efferveſcere & ebullire ab alieno calore & ebulliens brevi tandem reſolvi tenuesque in auras poteſt abire. Si hoc non eſſet, deberet eſſe ſanguis mali cauſa. At fieri nequit, 1. quia è vaſis extruſus neceſſariò aut putreſcit, unde deliria, aut concreſcit, unde Catalepſis.

Sanguis non eſt cauſa mali hyſterici.

1. Rat.

2. Quia

2. Quin etiam ob craſſitiem innatam minimè deſubitò reſolvi aut loco dimoveri eſt facilis. Nec lentus ille mucus cerebri minimè poteſt cenſeri hyſtericorum affectuum auctor, 1. cum viſcidus craſſusque à natura non poſſit brevibus ex intervallis ſubire mutationes atque huc illuc moveri multoque minùs reſolvi, ſed potiùs magis magisque incraſſari & in lutulentum pulverem faceſſere; 2. quin nec eâ copia congeri poteſt, quæ tantam diſtentionem inferat, quanta ad ſymptomata hyſterica importanda deſideretur, 3. neque verò mucoſum excrementum ſpumeſcere, à prædominio ſcilicet terrenum non aqueum eſt. Serum ergò ſolum cum impetu modò totum principium nervorum cum ſexto ſeptimoque paribus; modò ſeorſim illud vel hæc duntaxat, hinc nunc corpus univerſum concutitur, modò ſolùm partes internæ vel externæ.

2. Rat.
Neque lentus cerebri mucus.
1 Rat.
2. Rat.
3. Rat.

2. Annon magna vis ineſt ſerò, ſive aquæ coercitæ ſive cum impetu impulſæ, ſive ferventi in diſtendendis, contrahendis & concutiendis partibus ſuâ naturâ tractilibus, ubi eas ſemel impleverit, cùm longè tenuiora corpora ut flatus in iiſdem diſtendendis frangendisque validam vim obtineant?

2. Ab effectu aqua in diſtendendis corporibus.

3.Nul-

3. Ab aqua, ſive ſeri ex leviſſima cauſa agitatione.

3. Nullus humor unà cum aere, vel à cauſis externis, verbi gratiâ à capitis jactatione, ſonitu campanarum, vel ab animi affectibus, vel ab uſu alimenti externi potiſſimùm vini tam citò commoveri poteſt, quàm aqua, quæ commota aut fervorem concipiens ampliorem que quæritans locum in nervos ſubjectos cogitur.

4. A terminatione per ſcreatum aquæ ſpumeſcentis copioſiſſimæ. Spumæ cauſa non eſt aer incaleſcens.

4. Quia illi affectus ſolvuntur, cum ſcreatu & excretione ſpumeſcentis aquæ. Pelves enim integræ aquæ puræ putæ à medicamentis elicitæ evomuntur ab ægris ad libras non unas, ſed plures. Spumoſa enim illa materia non poteſt ab aere incaleſcente excitari,

1. RAT. 1. quia aer omnis qui inſpiratur, contracto thorace exprimitur vociferatione reſpiratioque eſt ablata, unde aer incluſus accuſari nequit ut motor & cauſa ſpumæ longè poſt & ſub finem paroxyſmi apparentis;

2. RAT. 2. deinde in hyſterico affectu ſumma eſt refrigeratio, ut aer incaleſcere nequeat;

3. RAT. 3. denique præter aerem & ſpiritum in ſpuma humidum corpus craſſius aere adſit oportet, quod in bronchia niſi è capite illabi non poteſt.

5. A præſentiſſimo remedio febris & urina multa vitrea.

5. Hippocrate & Galeno præmonentibus febris præſentiſſimum eſt convulſionis in genere remedium, cui præterea adjunxit Hippocrates urinam multam vitream, fluxum

xum alvi & ſomnum. Sent. 34. lib. 4. ſect. 2. conc. quia ſcil. ſeri efferveſcentis in capite principioque nervorum ſenſibilis quædam vacuatio fit per urinam vitream & alvi fluxum, inſenſilis autem ejusdem diſcuſſio per febrem & ſomnum.

6. Solvuntur quoque hyſterici affectus ſuperveniente Paralyſi, quam ceſſantibus ſymptomatis hyſtericis obſervarunt viri magni & Piſo in Nobili Virgine moniali, quæ fit ab aquæ ingreſſu in principium nervorum eoque non ſubſiſtente, ſed currente longiùs & ad extremum nervum delabente. Aqua enim in capite ſtagnans & ebulliens ſuâ natura ſurſum effectat potiùs, quâm locum declivem; fervore autem depoſito tum demùm delabitur duas inter membranas, ex quibus nervi contexuntur, aut cavum eorum, niſi aut penitûs reſolvatur, aut per meatus à natura ejusdem excretioni dicatos & in palatum patentes ſenſibiliter excernatur, ut plerumque fieri obſervatur, & ſolutio adveniente ſpumâ facta ſatis indicat. *6. A delapſu in Paralyſin.*

7. Juvant, quæ aquam eliciunt, illectamque purgant aut inſenſibiliter diſcutiunt, verbi gratiâ Agaricus, ſemina ebuli, bryonia, Hiera, quæ ſeroſam colluviem è capite trahunt, ut & Ruta, Valeriana, Pæonia, Hyſſopus, *7. A conſerventia eorum, quæ aquam vel ſenſibiliter educunt, vel inſenſibiliter diſcutiunt.*

ſopus, Calamentum, artemiſſia, pulvis ſtercoris pavonis, pulvis perdicis, Cranij humani, quæ etiam luxuriantem aquam exiccant. Sic quoque fætida navibus admota, & ſuaviter olentia naturalibus partibus mulierum adhibita proſunt, quia illa calore inſigni diſcutiunt materiam ſeroſam, aut potiùs morſu naturam vellicant, quæ excitata forti membranarum cerebri expreſſione excutit aquoſam colluviem; hæc autem ſuo tepore ſeu calore humido uteri convulſi rigorem laxant.

Ex adverſo nocent benè olentia naribus admota, quia caput implentia ſeroſam materiam in eo commovent quidem, ſed non diſcutiunt; graviter verò olentia utero admota lædunt ſenſum tactûs, unde uterum commovent & depravant ejus motum expultricem. Sternutatoria porrò pariterque confectiones, quæ palato illinuntur, aut quæ antidoti affricantur, iisdem de cauſis ſolvunt aut minuunt paroxiſmum, quibus graviter olentia.

Ea quoque principatum tenent inter medicamenta, quæ robur cerebro afflare & luxuriantem ejus humiditatem ſenſim ſine ſenſu exſiccare creduntur; imò etiam

etiam ſenſibiliter evacuandi vim habent per renes. Denique balnea naturalia in hiſce affectibus hyſtericis utilia habentur non alia ratione, quàm quia ſeroſam totius colluviem unaque capitis vacuant ſenſibiliter per cutem.

8. Epilepticos affectus à ſero caput opplente & præcipuè poſticam ejus partem excitari & anatomia à Carolo Piſone viſa clarum eſt. In diſſecto enim cadavere honeſti civis Pontani poſticum caput univerſum aquâ turgens repertum, ut non ſolùm principium nervorum aquæ innataret, ſed membranæ ipſæ aquâ prægnantes & imbutæ non ſecùs atque papyrus aut tela aquæ diu immerſa conſpicerentur, & quamprimùm cranium ſectum, aqua ex ea parte diffluxit plurima. Quin etiam ſanguis in venis eâ parte concretus inventus à frigore ſcilicet aquæ ſtagnantis. *8. Ab autopſia memorabili Piſonis.*

9. Adſunt præterea indicia plenitudinis ſeroſæ in capite ægrarum verbi gratiâ. Conſtitutio capitis & viſcerum calida ac ſicca; Serum in maſſa redundans plurimum, ut vel ſextuplo excedere videatur, ubi reſederit ſanguinis maſſa, continuæ ſputationes & ſudores copioſiſſimi, propenſio in morbos ſeroſos. *9. A ſignis ſeroſam in pleonexiam indicantibus.*

10. An-

10. A ſymptomatibus variis, quæ paroxyſmũ anteire conſueverunt.

10. Ante paroxyſmum gravitas præobtundit caput,ut multum murmur, nullum ſtrepitum niſi ægerrimè ferre poſſint; Adeſt præterea torpor mentis, rerum omnium oblivio, pigritia totius corporis, crurum imbecillitas, faciei pallor, & dolor capitis cum rubore labiorum, conniventiaque oculorum, ut vix aperiri poſſint,lachrymæ involuntariæ fletuſque multus paroxyſmo ſe adjungentes. Annon hæc caput affectu idiopathico laborare oſtendũt, & pleonexiâ ſeroſâ turgeſcere? Ita ſanè eſt, quibus ſymptomatis experientiâ quotidianâ confirmatis addit Hippocrates urinas tenues & crudas præter conſuetudinem ſine repletione quæ Epilepſiam denuntiant. Sent. 80. lib. 3. ſect. 3. coac. Vide pag. 128. uſque ad 142.

XXV.

Syncopes funeſtiſſimæ & momentaneæ cauſa eſt motus cordis repentè abolitus ab interceptione ſeu obſtructione nervi ſexti paris cordi implantatis ab aquula in eum è cerebro depluente.

Arg. *A remotione cauſarum vulgarium.*

Syncope enim propoſita hominem ab omni alioquin externa injuriâ ex hypotheſi ſare

a ſartum tectum adoritur, ſimituque ma-
ſtat. Itaque fateri oportet extra culpam
eſſe quamvis ambientis inclementiam.
Præterea ſyncope iſta, valentes & athleti-
cos homines aggreditur atque proſternit,
in quibus nulla maraſmi & tabis, nulla
colliquamenti, nulla adhæc inſignis putre-
dinis vel ſummæ viſcerum intemperiei ſi-
gna apparent, unde propoſita ſyncope ſo-
lidarum partium vitio imputari non po-
teſt. Quin etiam extinctionis ſpirituũ nul-
la utique adeſt occaſio externa aut inter-
na in ijs, quos hæc ſyncope propè momen-
to enecat. Neque inediâ, vel bulimiâ la-
borant, qui hâc ſyncope corripiuntur, ut
potiùs cænatos tangat juguletque hoc ma-
lum. Nulla quoque præceſſit ſenſi vilis
evacuatio, nulli pariter immoderati corpo-
ris labores, vel animi motus, nullæ prægreſ-
ſæ vigiliæ; aut acriores ſollicitudines & ſi-
miles cauſæ evidentes; nec præceſſit febris
ardens aut alius affectus acutus, nec deniq;
accuſari poſſunt rarior præter naturam
textura corporis, ſive ſumma evanidaque
humorum tenuitas. Poſtremò ſuffocatio-
nis ſpirituum cùm externæ cauſæ, repenti-
nus ſcil. terror & ſimiles, tùm verò ſum-
ma humorum cruditas in bene temperatis
abſunt. Ac quanquam ſanguinis ubertas

1. Ambientis vitioſi.
2. Partium ſolidarum vitis.
3. Extinctionis ſpirituũ.
4. Inedia & bulimia.
5. Cauſ. reſolventium ſpiritus.
6. Cauſ. ſuffocantium ſpiritus.

7. Sãguinis ubertatis & congelationis in magnis vaſis aut carotidibus.

congelatioque ſive in magnis vaſis, ſive in carotidibus meritò pertimeſci poteſt, tamen & ab hac cauſa ſyncope non adeò inſtantaneam mortem adfert, & dignoſcitur non fugacibus adeò accidentibus, aphoniâ repentinâ, ruboribus faciei, pulſationibus maximis & conſpicuis circa tempora, oculorum immobilitatibus, manuum diſtenſionibus, dentium ſtridoribus, adductione maxillarum, poſtremò refrigerationibus extremorum, quæ ſigna prodidit Hippocrates 4. de rat. victus in acutis. Sola itaque & unica cauſa remanet abolitus ſcil. motus cordis, quod accepto à cerebro motus principio movetur per ſpiritum animalem, qui cum intercipitur, ut nequeat deerrare per propaginem nervi cordis propter copiam ſeroſæ colluviei, quâ corpora calida humida uti enſarca & polyſarcâ magis abundant, cordis motus, cum vita ipſa intercidit, & præcipiti atque inopinato caſu homo moritur. Vide pag. 161.162.163.164.165.166.

XXVI.

Motus in palpitatione cordis non eſt ſimplex, ſed conflatus ex tremore & ex motu convulſivo, qualis in piſcibus, ſive moribundis, ſive vibratione corporis & reſilitione evaſionem molientibus.

QUoties enim propria cordis membra- *Cauſæ generales concuſsionum cordis.*
na humore multo prægnans intume-
cit,ut Galenus in ſimia obſervavit, aut pe-
icardium ipſum humore ſimiliter diſten-
um aut compreſſum à pulmone,tunc gra-
atur, vel certè impedimentum adfertur
ordis pulſui, uti cor in anguſtias veluti re-
lactam, quo onus excutiat & retardatum
notum reſarciat,concitatiſſimè ſeſe quan-
um poteſt, moveat & ſine ordine cona-
uque veluti duplicato geminet motum
dinſtar hircorum invicem dimicantium,
c tam diu ſeſe concutit, & perturbatè mo- *Cauſæ motus convulſivi cordis vellicatio.*
et, quoad inſtans veluti à tergo onus ſive
npedimentum, ſi poteſt, excutiat. Itaque
i motus etſi palpitationes legitimæ ve- *Cauſa motus tremuli virium languor.*
æque non ſint, ſunt tamen ſpuriæ & veluti
ulſus caprizantes & intercurrentes. Atq;
dum cor hiſce anguſtijs premitur oppri-
niturq;, ſimul quoque vellicetur & mor-
eatur adeò, ut robur ejus non medio-
riter frangatur vel alijs de cauſis langueſ-
ant ejus vires ſive retractione ſpirituum
pontaneâ, ut per animi perturbationes,
ve attritione à quacunque cauſa ſuperius
ommemoratis, quid prohibet, ſi non
roprie ac ſimpliciter tremere ſed veluti
ontremiſcere, hoc eſt, motu tremulo
oncuti & ſubſultare, motu ſcilicet con-

flato ex tremore & ex motu convulſivo;ex tremore quidem per facultatis ſive oppreſſionem,ſive eſſentialem infirmitatem;convulſivo autem quod deſiliat ob conatum à morſu concitatum,qui motus formicanti pulſui haud abſimilis.

Cauſa alia hujus inordati motus exiccatio nimirum vaſorum cordis.

Tremor etiam in cor poteſt cadere.

Quem ſanè motum edit quoque cor; cùm vaſa ipſa exſiccata præter naturam,ut ab ardore febrili, convelluntur quodammodo. Cum namque cor fibris carnoſis nervoſisq; quodammodo conſtet, & carnem muſculoſæ affinem habeat,moveatur autem ab anima ſentiente, ſi non κατὰ προαίρεσιν, certè καθ' ὁρμὴν, cur non tremor in id cadere poteſt? aut certè in thoracem, qui cordis inſtar ab inſtinctu movetur, ſaltem inter dormiendum non cadet? Quia igitur cor movetur motu animali, ſed irritatum & ſubſilit ſubſaltatve,ut excutiat noxiam, motus hic cordis, minimè ſimplex cenſendus, ſed compoſitus, pag.168,169.

XXVII.

Cauſa frequentiſſima palpitationis eſt ſeroſa colluvies, quæ aut in vaſis ferveſcit, aut inde in cordis ſinus deſubitò inſilit, aut in pericardio ejus continetur, vel propriâ ejus tunicâ.

1. Quia à ſero ebulliente ſubita certè invaſio ſolutioque eſſe poſſunt ob inſitam ejus tenuitatem. Neque enim flatum ſeu vaporem alienum è viſceribus per vaſa irrumpere adeò anguſta facilè quis dixerit. *Probationes: 1. A ſeri ſubita invaſione celeriq; ſolutione.*

2. Quia palpitationi maximè obnoxij ſunt, tum qui ſatietati, temulentiæ, otioſæ vitæ & ejuſmodi cauſis, quæ ſeroſam augent colluviem, mancipati ſunt: tum ætates, temperies atque tempeſtates anni ad ejusdem congeſtionem propenſæ. *2. Ab occupatione ſubjectorum ætatum temperierum, quæ ſeroſa colluvie ſcatent.*

3. Confirmat potiſſimùm experientia non ſolùm Galeni, ſed omnium ferè Medicorum, qui in apertis cadaveribus diuturnâ laborantium palpitatione pericardiũ plurimâ turgens aqua repererunt, & in quodam civis Gorzenſis oppidi longè ante palpitatione laborantis & ſpirandi difficultate pericardium repertum eſt immanem in tumorem elatum pluribusque libris aquæ diſtentum ex Obſerv. Petri Baroti Doctoris & Profeſſoris Anatom. Academiæ Pontanæ. pag. 168. 169. 170. *3. Ab autopſia Galeni. Profeſſoris Acad. Pontanæ.*

XXVIII.

Tuſſes humidæ excitantur à ſero lento capite, ſive ſenſim in bronchia deſtillante moxque concepto ob loci calorem

lorem fervore naturam irritante ad ſui excretionem, ſive potiùs affatim magnâ vi depluente ſuâq; copia & præſentia libero aeris in-et e-greſſui officiente.

ARG: 1. *Ab aqua è capite deſtillanti ſimilis rejectione.*

1. QUIA aqua tuſſi rejecta lentoris eſt particeps magis minusve & omninò germana ac ſimilis ei, quæ è capite ſecundum naturam per colatorium trajecta exſpuitione in ſanis reddi ſolet, certè in principio catarrhi & in gravedine atque Coryza: Lentà ni quam, quia inter depluendum è cerebro ſerum abſtergit neceſſariò aliquid mucoſi cerebri excrementi.

2. *A pulmonum integritate.*

2. Quia è pulmone primò non poteſt venire & ab eodem reiici, quòd primis diebus ſæpenumerò nullus ſenſus in thorace gravitatis & oppreſſionis ſentiatur.

3. *A cauſis ſeroſam capitis colluviem indicantibus.*

3. Quia colluviei cephalicæ indicia manifeſta ſunt, inprimis ſtudia ſeria, acerrimæ animi meditationes & curæ graves atque aſſiduæ ei occaſionem maximam præſtant. Nam cum animo curis ſtudiisque intento ſanguis unà cum ſpiritu plurimus ad caput continenter accurrat, neceſſe eſt profectò plethorâ illud laborare & maximè ſeroſâ colluvie; præterea calore ac ſpiritu animalibus vacante functio-

ctionibus certum eſt naturæ munia non mediocre capere detrimentum, & inprimis excrementorum excretionem per vias convenientes & à natura inſtitutas.

4. Quia confirmant hanc ſeroſæ plenitudinis opinionem hæc; ſcil. inſolitæ capitis gravitatis ſenſus in media tuſſi, totius oris inflammatio, vox minimè libera præ obturatione meatûs palati & narium; denique torpor brachiorum ab aquæ decubitu ſæpius incommodus. pag. 177. 178. *4. A ſymptomatibus non niſi à ſero dependentibus.*

XXIX.

Calor non concitat fluxiones, humores liquando fundendoq́, in cerebro.

Rat.

1. QUIA concretos in cerebro humores reperire non licet. *1. A defectu humorum in capite concretorum.*

2. Quia reliquos à ſeroſo humores non liquare ſed incraſſare potiùs valet. pag. 179. *2. Ab humorum reliquorum minus idonea colliquatione.*

XXX.

Frigus fluxiones movet non cogendo calorem influentem & humores liquando, uti jam ſupra refutatum, nec congelando humores in nobis vel exprimendo humores; ſed potiùs vaſa externa præcipuè & interna quoque denſando, comprimendo, & ex iis ſerum exprimendo expellendoq́, redundans alioqui in maſſa & fluxile.

Arg.
1. A defectu frigoris congelantis in corpore vivente.

1. QUIA cerebrum tantum vivente animali frigus ſuſtinere nequit, quantum opus eſt, ut partes præ congelatione condenſatæ intra cranium depellant humores.

2. A difficili tolerantia etiam minoris frigiditatis.

2. Quia tantùm abeſt, ut cerebrum eam ferre ſummam frigiditatem valeat, quæ calorem extinguere graviſſimaque invehere mala poteſt, ut ne minorem ferendo par eſſe valeat, quippe à minore cerebrum lethargo & ſoporiferis id genus affectibus ſoleat tentari.

3. A congelatione aquæ totali ſubſecuturâ.

3. Quia aqua longè faciliùs congelaſcere nata eſt, quàm cerebri corpus craſſum concreſcere: ſubſiſtet itaque potiùs contra hypotheſin quàm fluet, ut intelligere eſt ex refrigerantibus & comprimentibus medicamentis, quæ coërcere ſiſtereque fluxiones experimento conſtat.

4. A præſentia caloris actualis perpetuâ.

4. Quia calent in nobis revera actu omnia, ut Galenus neget excrementa in alvo frigore poſſe indurari. Hoc ergò modo rejecto neceſſe eſt poſtremus in problemate poſitus admittatur, quod videl. frigus comprimendo vaſa exprimat ſerum, quod expreſſum & ſimul pulſum ſponte poſt delabitur & decurrit. Id docet experientia quotidiana. Autumni namque primo frigore unusquisque in ſe experitur aut mictio-

Serum ergò exprimitur ob vaſorum compreſſionem.

1. Ab excretionibus alvi & veſicæ aquoſis, tēpore autumni.

ctionem plurimam & crebram, aut alvum liquidis diffluentem excrementis; imò quacunque anni tempeſtate deſubito Boreâ ſæviente, totaque hyeme evenire idem, quanquam etiam vis frigoris altiùs penetret, ſuique potiùs inducat ſenſum quàm adaucti caloris, ut hæc calori liquanti humores accepta referri nequeant. Id ſanè etiam confirmant arthritides & omnis generis fluxiones præcipiti autumno & conſtitutionibus frigidis ex Hippocratis obſervatione familiares, quæ fluxiones diluviei è capite ſunt effecta. pag. 179. 180.

2. A ſeroſorum affectuum dominio in frigidis aeris conſtitutionibus.

XXXI.

Motus pulmonum perficitur ope fibrarum carnoſarum, concurrente ſimul eorundem parenchymate.

Dilatatio & contractio reciproca bronchiorum pulmonum ad naturales terminos ſecundum naturam perficiũtur ope fibrarum carnoſarum, tanquam exiguorum muſculorum; ſed concurrente parenchymatis pulmonum iisdem continuati inſigni levitate & poroſitate, cujus merito pulmones nullam moram, ni ſequendo motu ſeu tractu branchiorum adferunt,

Cauſa movens pulmonum principalis.

Cauſa adjuvans.

 nul-

nulloque negotio unà cum thorace dilatantur & contrahuntur ſpatio etiam in thorace vacuo liberoque reddito per motum eiusdem thoracis à diaphragmate muſculisque ejus varijs factum, p. 194.

XXXII.

Aſthma intermittens eſt ſymptoma obſtructionis vaſorum omnium, præſertimq́ bronchiorum, imò etiam pororum ſubſtantiæ ipſius pulmonum illata ab invadente deſuper aqua, ſive ſeroſo humore partim è capite depluente, partim anadrome quadam è ſtipite cava & fortè etiam aorta pulmones impetente.

ARG: *1. A deſtructione cauſarum vulgarium.*

1. QUIA nulla vaſorum eroſionis, apertionis aut ſimilis affectus cauſa præceſſit, nec ſimiliter pleuritidis, peripneumoniæ aut anginæ ſigna prægreſſa, aut ſubſequuta ſpuitio cruenta purulentave, ſanguinem ſanè aut pus obſtructionis pulmonum cauſam opinari non licet; relinquitur itaque aqueum eſſe humorem, eumque aut purum liquidumque, aut jam incraſſatum calore loci.

2. Quia

2. Quia ſeroſæ in capite & in toto colluviei ſigna clariſſima adſunt, in capite quidem aſſidua ſpuitio, tuſſis creberrima extra paroxyſmos, pariterque odontalgia, & achores noviſſimè repreſſi; in toto autem calida viſcerûm intemperies, & maximè evidens hepatis à parentibus calido admodum temperamento impreſſa, & vitæ genus omninò deſes & otioſum.

2. A ſignis cauſarum & effectuū ſeroſæ colluviei.

3. Quia ægri ſpirant extra paroxyſmum quàm facilimè, an non hoc arguit humoris obſtruentis nihil ſuperare, ſed penitùs reſolvi in eo æſtu & labore reſpirandi? quo ingenio eſt unus ſeroſus humor, ut vi caloris penitùs reſolvatur, nullumque ex ſe craſſamentum relinquat, cui potiſſimùm nihil reliquiarum mucoſarum cerebri ſit admixtum.

3. A perfecta paroxyſmi ſolutione.

4. Quia mirum videri non debet, ſi in ſtipitibus magnorum vaſorum deſcendentibus ebulliens ſerum & periodicè in vaſa articulorum exundans arthritidem artuum inferiorum inferre poteſt, idem etiam in ſtipitibus eorum aſcendentibus per inſignes temporum mutationes derepentè fervens per cor dextrum impetere pulmones affatim, ſimulq; etiam quod in capite redundat per colatorium in trachæam arteriam ſponte ſuâ confertim rectaque decumbere.

4. A ſimili vaſorum deſcendentium & aſcendentium proprietate.

5. Quia

5. Ab obſcura cauſa ſerum fermentantis dignotione.

5. Quia pleræque cauſarum vulgò enarratarum ſive externæ, ſive internæ tam conſtantibus certisque quàm evidentibus ſunt conjunctæ & cohærentes affectibus, ut Medicum modò ſagacem nullum fallere valeant. Ebullitio autem ſeri ab externis & incertis omninoque obſcuriſſimis, imminente ſcil.tempeſtate aeria illata,eaq; levis, & conſequens ſimitu eruptio è vaſis irruptioque in pulmones adeò ſunt obſcuræ,ut oculatiſſimum quemque lateant, nec niſi divinando conjici poſſint.

6. A palpitatione, tanquam epigenomeno.

6. Quia cordis per quod ſtipes cavæ & aortæ,in quo ſerum ebullit,neceſſariò trajicitur,palpitatio cum hac dyſpnæa eſt conjuncta. pag.198.199.200.

7. Ab expectoratione aquæ puræ putæ largiſſimâ.

7. Quia adeſt largiſſima aquæ puræ putæ expectoratio toto paroxyſmi licèt diuturni admodum tempore. pag.202.

XXXIII.

Febres nonnunquam aſthmati & reliquis fluxionibus, ut arthritidi & ſimilibus, quæ à ſanguinis arterioſi ſeri in eo redundantis fervore pendent, conjunctæ ſunt.

ARGUMENTA:

1. A forma febris ſive caloris ingenio.

1. QUia adeſt calor non ſiccus & acer, ſed halituoſus plerumq; humidusq; & blan-

& blandus ob ingenium ſcil. aquæ ſuâ natura minimè mordax, ſed ſuave & demulcens.

2. Quia adeſt pulsûs inæqualitas & crebritas, urinæque prorſus aqueæ & admodum copioſæ, quæ experimento Piſonis familiares & propriæ ſunt omnibus febribus, quæ cum fluxione ſunt conjunctæ, ut cum arthritide atque ſimilibus, quæ à ſanguinis arterioſi potiſſimùm ſeríque in eo redundantis fervore pendent. *2. A pulſu & urinis.*

3. Quia non reclamant ſigna συνεδρεύοντα. Spontanea laſſitudo, oppreſſio pectoris, vigiliæ, ſitis, deiecta appetentia & ejusmodi. *3. A ſignorum aſſidentium aſſenſu.*

4. Quia non opus eſt, ut ſemper admodum vehementes & urentes ſint febres. Quaſi verò in febrium, ut in reliquorum omnium morborum genere differentia pedes magnitudinē & vulgata illa magis & minùs non reperiantur? Certè in calidis à natura corporibus ac ſanguineis febris aſthmati conjuncta ſatis ſuperque manifeſta eſt; & non obſcuro ſed eximio ſeſe calore prodit; ut in plerisque eſt expertus. Carolus Piſo. pag. 201. *4. A febrium latitudine.*

XXXIV.

XXXIV.

Fluxionum cauſæ generantes ſive colligentes non ſemper ſunt hepar quidem impensè calidum, ventriculus autem frigidus ac humidus continuò tenuem & vaporoſam materiam cerebro communicantes.

PROBATIONES:
1. A ſignis hepatis optimè temperati.
2. A ventriculi eucraſia, quæ probatur.
3. Authoritate Galeni.
4. Signis eandem demonſtrantibus.

ENimverò floridus nitidusque in facie totoque habitu color, huic malo obnoxiorum emicat, conſpicuaque ſunt mira ad omnes functiones animi & corporis alacritas & ſingularis prudentia, quæ ſunt certa Galeni judicio æqualis, optimæque temperaturæ argumenta. Quod ipſum etiam confirmat vaſorum mediocritas. Porrò frigidæ in ventriculo intemperiei conjectura ab immoderato hepatis calore petita vana admodum eſt, quod ipſum etiam monuit Galenus in lib. de uſu partium, cum ventriculus ſitum in medio viſcerum obtinuerit, ut tepidus aliâs ejus calor à vegetiore viſcerum circumſtantium calore non mediocriter juvaretur; & mediocritatem ſanè temperaturæ ventriculi etiam laudabilis ciborum coctio, cujus indices ſunt excrementa bonæ notæ ſatis demonſtrant, pag. 206, 207.

XXXV.

XXXV.

Pleuritidis cauſa continens ſæpenumerò eſt ſanguis ſeroſus pronus quippe ad fluxum ratione ſeri plurimi affuſi (quod magnâ vi è vaſis exſudans & vehementer diſtendens pleuram, dolorem efficit) & deinde inflammabilis ac febrem accendens ratione calidi in ſanguine temperamenti.

DEMONSTRATIONES:

1. A ſanguinis ſinceri difficili & relapſu & reſolutione.

QUIA fieri non poteſt, ut ſanguis ἄκρατος, id eſt craſſus & lentus ſero pauco dilutus in extrema vaſa effuſus ut prædicta potiſſimùm ſpatia iter relegere ſponte in vaſa unde fluxit, interiora poſſit, aut verò à calore ſive reſolvi penitus tenuesque in auras abire, ſive in vaporem aqueum ſudoris materiam faceſſere. Hujusmodi enim converſio in aqueum vaporem, aut etiam tenuiorem ſubſtantiam fibroſo corpori minimè competere poteſt, ſed uni ſero, ſive humori aqueo à quacunque cauſa fervorem primò concipiat.

2. A dolorum evaneſcentium ſuperſtite febre.

2. Quomodo ſuperſtite quidem febre, ſudore autem ſuperveniente dolor conquieſcit, niſi quia reſoluto humore ſeroſo diſten-

diſtendente pars affecta; ſeu membrana laxatur ſuæque naturæ reſtituitur; hoc eſt parte aquea ſanguinis diſſipatâ; ſanguis autem ipſe in vaſis reſtitans ſincerus ac putreſcens, aut potiùs maiorem uſtionem patiens fovet febrem.

3. A ſanguinis effuſi perniciosa terminatione.

3. Quia ſanguis qualis qualis occurrit in venis, ſi membranam impetat; penitusq; in eam effundatur; cum ſit craſſarum partium, non niſi ad ſuppurationem tenderet, aut malignam aliquam tetramque corruptelam contraheret. A quibus ſane periculis immunes ſunt eæ pleuritides, quæ à tenui & ſeroſo ſanguine excitantur. pag. 227. 228.

XXXVI.

Pleuritidis cauſa eſt ſanguis arterioſus potiſſimùm inflammatus magis, quàm putreſcens.

ARG.

1. A lingua conſtitutione.

1. QUIA linguæ nigredo cum inſigni ariditate indicium eſt φλογώσεως ſanguinis.

2. A judicatione.

2. Quia nihil purulentum expuitur & ſolis ſudoribus dolor febriliſque ardor ſolvuntur. pag. 229.

XXXVII.

Pleura externa ſolùm afficitur ſæpè in Pleuritide.

1. Quia

QUIA ægri ab initio quidem in dolens latus, quoad dolor viget, decumbe- e nequeunt. — Rat. *1. A decubitus formâ.*

2. Quia adeſt ſputum cruoris expers. Nam in quibus externa afficitur pleura, ieri vix poteſt, ut ſanguis duplicem per nembranam ſcilicet internam & pulmo- is propriam pervadere, ſputaque cruore nficere valeat. pag. 229. — *2. A ſputi conditione.*

XXXVIII.

'leuritis & Peripneumonia germani & ſimiles affectus tribus modis à ſe invicem diſtinguuntur.

Modi differentiarum.

DOloris ſpecie. Pleuriticis namque acutus eſt & pungit vehementer alterutrum latus aut utrumque; cum in peripneumonia gravis quidem, ſed obtuſus & arvus ac paucos alioqui dies premat pe- tus ſupra mammas. — *1. Doloris ſpecie.*

2. In peripneumonia ſputum cruen- im primis ſtatim diebus & largius diffluit, ſalubris præſertim futurus ſit exitus, ſed iutiùs & 40. etiam dies, ex obſervatione iſonis in quodam Ampliſſimo Viro, qui à “ ulmonia & pleuritide complicatis con- “ aluit beneficio tam copioſæ excreationis “ ruentæ, ut quotidie linteum unum & al- “ — *2. Sputi quantitate ac qualitate.*

,, terum lecto inſtratum tabo rejecto com-
,, plueret; præterquam quod è pleura tanta
,, cruenti ſputi copia rejectari nequit, ab-
,, ſceſſus in pulmone relictus, ſed detectus
Obſ. Anatomica. quadriennio pòſt in cadavere ſcilicet magni Viri à ſimili affectu recrudeſcente interempti repertus ſatis docuit.

3. Vomitu. 3. Vomitu, quod à nullo Practicorum obſervatum. Primis namque diebus obſervatione Piſonis pulmonicis vomere eſt familiare, fortè quod membrana communis eſt œſophago & bronchijs pulmonum, ideoque facilè pulmonibus ventriculus συμπάσχειν ſolet. pag. 231.

XXXIX.

Autumni tempora ὑδατόχλωρα ὑποχωρήματα *frequentia ſunt.*

Cauſæ aquoſarum dejectionum. 1. Seri copia. IN quibus corporibus ſerum redundat plurimum ratione vitæ in otio traductæ, id frigus Autumni nocturnum ſive matutinum apertos à calore meridiano vel tepore lecti poros offendens itaq; altiùs & intimius penetrans introrſum deorſumque extimis è vaſis magnâ vi pellit ſecum detruditque; ſeroſi namque humores ſangui-

uini toto habitu immixti,quia non accu-atè cum eo coeunt; facilè ſeparantur qui-em,& ſeparati quia ſuâ naturâ proni, flu-i & graves à frigore repercuſſi relegunt i-er quod fecêre,& in vaſorum ſtipites inſi-nes[refluunt, præterque viſcera labentes emeant decurruntque per inferiores va-orum truncos in meſaraicos gaſtricosque amos,ſed illos præſertim utpote deorſum epentes (nam gaſtrici in ventriculum a-cendunt,indeque in amplam inteſtinorum avitatem. Quo ſanè diarrhææ aquoſæ omitu aquoſo crebriores ſunt. Quia au-em in medio per hepar decurſu radices neatuum choledochorum præterfluunt, nde ſi bile prægnantes eos offendant, ut rè offendunt,abluunt ſanè bilem, uti pa-iter in medio per inteſtina deſcenſu ab-ergunt ſecum reliquias, aut etiam adi-em, ſi fortè eo inteſtina ſint oblita,itaque vadunt dejectiones copioſæ & aqueæ ex prædominio, ſed bilioſæ aliquatenus aut limoſæ,aut primiuſcu-læ. pag. 235.

2. Facilis ſeparatio à maſſa ſanguinea.

3. Natura ſeri prona ad inferiora.

Cauſa bilioſa tinctura, tranſitus videl. ſeri per meatuum choledochorum radices.

XL.

Doloris nephritici & colici ſigna diſtinctiva.

Signa communiora.

1. A doloris ſitu.

1. NEphriticus in principio modò lumbos duntaxat, modò alterutrum renem latusve ureteri reſpondens & maximâ ex parte ſiniſtrum, modò imum ventrem & pubi conterminum diſcrutiat, non autem univerſum ſemper abdomen, ut colicus, in quo ſæpè totum trahitur in conſenſum ſub finem autem os ſacrum tàm vehementer affligit, ut à ferreis id piſtillis propè contundi videatur.

2. Ab invaſionis modo & durationis tempore.

2. Nephriticus non paulatim ut colicus, ſed derepente ſævit, & quanquam crudelius ſævit, tamen ſæpè inducias præbet ex intervallis contrà quàm colicus, atque ille idém aſſumpto cibo licèt delineatur, tamen à ſomno ægreſcit ferè & deſubitò excitat ægrotantem, omninoque pervicaciùs durat & ferè ad quadrageſimum diem extenditur, cum colicus vix quindecim continuos dies durare ſoleat etſi aliquādo ex intervallis per ſeptenarios vel quaternarios recrudéſcere ſemel & iterum in eodem ægro ſæpiùs annotatum ſit.

3. A febris conjunctione.

3. Colicus dolor conjunctus eſt ſemper cum febre, imò hæc per unum aut alterum qua-

quaternarium, imò per plures menſes ſæpè præcedit, & comitatur tametſi ferè obſcura; dolor contrà pro nephritico creditus febre utplurimum vacat.

4. Alvus in colico ab initio & toto morbi progreſſu adeò abſtricta eſt, ut ne flatum reddere poſſit; ex adverſo in nephritico alvus primis diebus liquidis fluere ſolet excrementis. *4. Ab alvi conſtitutione.*

5. Vomitus frequentior, & importunior eſt in nephritico, ſed pallidæ ferè bilis & cum aqua plurima mixtæ, in colico verò viridis magis aut praſina, ſed minore affuſa aquâ rejectatur. *5. A vomitu.*

6. Ructus inſipidus proprius & perpetuus comes eſt Nephritico, ut poſſit pro pathognomico ſigno & certiſſimo nephritici doloris haberi. *6. A ructu tanquam ſigno pathognomico nephritici.*

7. Urina pauca admodum toto morbi colici progreſſu vel etiam à primo inſultu, eaque flava admodum redditur, & ſi quandoque turbatur, primo tamen cuiusque exacerbationis febrilis clara eſſe ſolet; at verò in nephritico ab initio quidem urgentis doloris urinæ longè copioſæ fluunt ſive ſimul & ſemel multæ reddantur, ſive creberrimè & guttatim, idque non ſine pruritu in glande, ſed tenues perſpicuæque admodum, tametſi ante doloris *7. Ab urinarum varietate.*

inſultum, imò etiam ſæpè non ſuccedente dolore impensè rubræ, ſive potiùs atræ redduntur, ut pro cruentis niſi attentè conſiderentur, haberi poſſint; declinante autem dolore urinæ non ampliùs tenues, ſed turbidæ & diverſis craſſamentis ſive arenoſis, ſive etiam craſſioribus & adinſtar lapillorum friabilium conglobatis, ſive etiam lapillis adinſtar ſaxi eduris ſcatentes & commixtæ.

8. Particularia ſigna nephriticum à colico diſtinguentia.

8. Præter hæc communia ſigna diſtinguitur nephriticus à colico dolore revulſione teſticuli reſpondentis ureteri contracto, ſtranguriâ & ſaltem pruritu in glande, ac frequenti ſæpè mictione, tum verò ſtupore quodā ſeu tremore cruris reſpondentis pariter reni ſeu ureteri contracto, denique frigore extremarum partium infernarum. pag. 248. 249. 250. 271.

XLI.

Dolores pro colicis aut nephriticis habiti convulſionem veluti quandam ſequuntur inteſtinorum, partiumque omnium quas inferior venter ambitu ſuo complectitur inæqualiter factam, & confertim, hæc autem inſequitur di-

vul-

vulſionem ſeu contractionem perito-næi ſive nervorum ſexti paris vel in exortu primo conterminoq; ijs partibus vel mediato & remoto, in principio ſcilicet ſive capite ipſo, ita tamen ut quandoque etiam ſequantur contractionem ureterum ſpontaneam à ſummo conatu immoderatam & propè violentam.

1. QUIA licèt conveniant omnes hi dolores cum verè colico in extenſione & acerbitate doloris partiumque diverſarum adjacentium ſympathiâ, in ſegnitie alvi nullis cedēte medicamentis, in ructib⁹, in vomitu deniq;, non tamen sūma ſolùm inteſtini pars coli ſitu proprio circumſcripta & ventriculo cōtigua dolet, ſed modò hæc, modò illa duntaxat abdominis pars, modò & utplurimum univerſum abdomen quantum quantum eſt & diverſis temporibus hæc vel illa regio dolere primùm incipit ſive ima, ſive media umbilico aut lumbis reſpondens; ſive denique literalis. Nec verò venter diſtendi univerſus attolliq; & intumeſcere ac extare ſupra coſtas, ilia & pubē, ſed contrà potiùs percipitur deprimi, ſubſidere in ſe, unaq; cum umbilico

ARG. 1. A ſymptomatibus non niſi convulſionem ſequentibus.

 intror-

introrſũ retrorſumq; revelli, ut umbilicu lũbis videatur eſſe quaſi aſſutus, ut in ægr veluti exterebrato efformetur inſignis ca vitas haud abſimilis equino præſepio, eàq circumſcripta terminis prædictis.

2. A doloris idea, quæ fit ſecundum ventris longitudinem.

2. Dolor non tam diſtenſivus ſecundum epigaſtrij latitudinem, quàm lacerativus ſecundum potiùs ventris longitudinem ac profunditatem, & quandoque perforans ſentitur ac ſi terebrâ pertunderetur pars dolens, quæ potiſſimùm eſt umbilicus, etſi in quibusdam doloribus citra febrem latus perterebrari ſentiatur. Diſtentionem porrò ſecundum longitudinem potiùs inteſtinorum fieri, quàm latitudinem, ut fit in dolore colico à flatu, hinc intelligere eſt, quod Longanon ſecundum longitudinem ita ſurſum revellitur & diſtenditur, ut non ſolùm exitu feces intercludat & flatus, ſed aditu glandem vel ſiphonem clyſteris prohibeat, ut niſi magnâ vi intùs adigi poſſint.

3. A ructibus periſtaltici inteſtinorum motus mutationem indicantibus.

3. Confirmat id ructus familiaris hisce doloribus, qui ſatis docet motum periſtalticum inteſtinorum, & flatus inclinationem ſurſum ob interclufam penitùs viam deorſum tendentem. Facile enim eſt intelligere longanone ſecundum longitudinem diſtento ſurſumque revulſo, parietes ejus

ejus in ſe conſidere, atque adeò cavitatem internam connivere. Itaque dolores hos pro colicis habitos non tam diſtentionem inteſtinorum ſecundum latitudinem ab obſtruente aliquo corpore & implente ventrem, præque copia divellente, quàm convulſionem quandam ſeu diſtractionem ſecundùm longitudinem conſequi vero ſimile eſt.

4. Dolor vehementiſſimus atque ſubitus non tam intemperiei ſimplici nudæq; tribui poteſt, ut ſolutio etiam ſubita ſatis inſinuat, quàm ſenſibili alicui ſolutionis continuitatis ſpeciei, cum præſertim nulla cauſa inſigniter calefaciens aut refrigerans accuſari poſſit ſive externa, ſive interna; aliâ autem ex parte ſolutio continui inteſtinis ſuperveniens ſit vel exeſio, eroſiove, vel vulnus ſeu diviſio, vel ſpaſmus divulſioque. Eroſionis porrò, aut vulneris cum his doloribus conjuncti nulla juſta ſuſpicio eſſe poteſt, cùm & cauſæ ejuſmodi nullæ præſentes ſint, & ex excrementis etiam ſoluto dolore nihil tale conjici poſſit, ſupereſt certè, ut uni divulſioni tanquam cauſæ " dolores propoſiti referri debeant accepti, " eique ſecundum longitudinem factæ, ut ex aditu infernè intercluſo colligere eſt. Nam qui ſenſus veluti perforationis percipitur,

4. A doloris atrocitate non niſi divulſionem quandam agnoſcente.

Cauſa ſenſus perfora-

tionis eſt inæqualis partium convulſio.

pitur, is ſanè non eſt à cauſa perforante illatus, ſed potius ab inæquali partium convulſione ſeu diſtractione. Non diſtenduntur autem ſecundum longitudinem totam & per extrema, ita ut involutio contextûs eorum diſſolvatur, ſed fit ſecundum partes, ita ut ſuperiores quidem deorſum, anteriores autem retrorſum, inferioreſq; ſurſum revellantur & ſæpè inæqualiter.

Quomodo ſecundum longitudinem diſtenſio fiat?

Inteſtinorum divulſio non eſt propria, ſed per ſympathiam.

Neq; dolores prædicti ſequuntur affectum ſeu divulſionem inteſtinorum propriam; quia partes omnes toto ventre inferiore contentæ evidenter coafficiuntur. (Nam ventriculus & veſica fellis manifeſtè convelluntur, ut ex ructu ferè aſſiduo, & vomitu bilis arguere eſt, tum etiam veſica urinaria, & uterus ipſe, ut dolor ad pubem manifeſtè docet) ſed partis alicujus communis inteſtinis cum cæteris omnibus membris inferiore alvo contentis, cui conſentiunt ratione connexionis inteſtinorum tunicæ propriæ unaque ſurſum introrſumque revelluntur, & fortè etiam non improbabile dictu eſt, viſcera ipſa quodammodo convelli per convulſionem illius partis communis, qualis eſt tùm pe-

1. Peritonei,

ritonæum membrana è lumbis quidem exoriens, ſed propagata & diffuſa ad omnes eas partes, tùm nervi ſextæ conjuga-

tio-

ctionis è thorace egreſſi omnibus omnino partibus inferioris ventris ſeſe communicantes & ad omnes propagines aliquot emittentes. Per ſympathiam itaq; ſive propaginum ſexti paris, ſive peritonæi convulſio omnium partium ventre inferiore concluſarum ſequi poteſt. Facile enim eſt intelligere contractis in ſe præter naturam vel ramis ſexti paris, vel peritoneo, adnatas iis partes neceſſariò quoque convelli contrahique in ſe.

2 Nervorũ ſexti paris.

Hæc porrò convulſio ſive nervorum, ſive peritonei ſine dubio fieri poteſt vel in ipſo exortu nervorum quidem è thorace; peritonei autem è lumbis, vel in ipſa radice ſeu principio primo, hoc eſt, capite ipſo à quo ſcilicet primam originem repetunt. Neque dolores hujus generis contractionem communis partis ac nervi prædicti ſequuntur ſolùm, ſed ſunt aliquæ in ventre partes, quæ eam contractionem violentam ſubire poſſunt, quæ trahat in ſui conſenſum reliquas toto abdomine contentas partes, ureteres nimirum, meatus quippe anguſtos quidem, ſed tunica forti admodum conſtantes, quoties in enitendo excludendoque lapillo valde laborant, contrahant ſe ſponte naturæ ita vehementer, ut univerſum quantum eſt pe-

Nephreticorum dolorum cauſa eſt ureterum contractio.

rito-

ritoneum, cæterasque ei colligatas partes divellant contrahantque non ſine atroci dolore; cujus violentæ contractionis conſequentis divulſionem ureterum cum dolor totius abdominis ſit evidens argumentum, tùm verò eam retractionem vehementem & violentam declarat manifeſtè teſticuli reſpondentis ureteri retractio tanta, ut in abdomine recondi totus videatur, & propè deliteſcat.

5. A remediorum divulſionem violentam relaxantiũ conferentiâ.

5. Quia experientia docet, nullum horum propoſitorum dolorum remedium præſentius eſſe uſu eorum, quæ divulſioni & contractioni violentæ ſive nervoſi generis, ſive membranoſi contrariâ relaxatione medentur, & humectare inſigniter nata ſunt, exolvereque convulſionem & continuitatem divulſam ſuæ integritati reſti-
» tuere, qualia ſunt fomenta humida, & in-
» primis ſemicupium. pag. 251. 252. 253. 254. 269.

XLII.

Convulſiones ipſæ dolores prædictos producentes inducuntur à colluvie ſeroſa vel in ipſo capite adhuc ebullien-te, vel ex eo totoque corporis habitu in lumbos ipſos aut vaſa interna irruente, per eorumque diſtentionem violen-

tam

*tam univerſum abdomen affli-
gente.*

DEMONSTRATIONES:

1. A tempore invaſionis.

QUIA dolores illi ſequuntur ſubitas
& inſignes temporum mutationes,
ed eas, quibus ſerum ex habitu introrſum
k confertim detrudi conſueverit, cuiuſ-
nodi ſunt aquiloniæ auſtrinæ ſucceden-
es.

2. A concomitantia febrium, in quibus ſerum fervorem concipiens longè lateque vagatur.

2. Quia dolores iſti febribus ſuperve-
iiunt, quorum focus in viſcerum parti-
imque vicinarum vaſis hæret, quæque ſe-
ores mutationes tempeſtatũ anni ſequun-
ur, per quas ſerum in maſſa ſanguinis fer-
orem concipere poteſt, atque inde in ca-
ut efferri per vaſa ſoporaria, ex quorum
inibus extremis exundat partim quidem
ntrorſum partim extrorſum. Ac hoc mo-
lo ſecundum membranas aut inter eas ef-
uſum irruit impetitque vel principium
ıervorum ſpinalis medullæ, vel principi-
ım ſexti ſeptimive parium atque alteru-
rum implet diſtenditque copiâ & fervore,
k ſecum tum nervos appendices, tum verò
nembranas pariter adnatas; aut fervore
lepoſito deſcendens & decurrens ſiſtitur
n lumbis, atque nervos inferioris alvi &
naximè originem meſenterij & peritonei
pplens corrugat contrahitque, & ſecum
revel-

1. Extrorſum, ubi excitantur convulſiones inteſtinorum.

revellit diſtrahitque quæ finibus adnaſcuntur membra id eſt, in quibus tandem terminantur & implantantur, inteſtina ſcilicet & reliqua in alvo contenta, eâque violenta contractione dolorem iis inurit. Introrſum autem & ad animam vergens, ut loquitur Hippocrates, hoc eſt, in ventriculos cerebri irrepens ſerum longè graviora ſymptomata paralyſin, epilepſiam, & apoplexiam atque convulſiones univerſales, cum quibus dolores propoſiti ſolent commutari. Aut ſi hæc non accidant, hæ febres ſudore copioſo, vel profusâ hæmorrhagia ſolvuntur.

2. Introrſum tunc paralyſis, apoplexia, epilepſia oriuntur.

3. Ab aliarum cauſarum remotione.

3. Quia aliàs neque flatus nec pituita vitrea, aut verò bilis horum dolorum parens eſſe poteſt. Non flatus, cum adverſa flatuum copiæ victus ratio ſæpè inſtituatur & depreſſio abdominis verſus lumbos contrarium ſuadeat.

1. Flatus.

Non pituita vitrea, cum uſtionis ſenſus toto abdomine per eos dolores, nuſquam autem frigoris actualis à vitrea pituita inferri ſolitus, tùm perpetua bilis effuſio in inteſtina pituitam acidam aut vitream non patitur inteſtinorum parietibus aggeri & adhæreſcere. Non bilis, cùm illa vel per convulſionē veſicæ choledochi rejectetur in ventriculum, aut etiam in vaſa ipſa, h.e. veno-

2. Pituita vitrea.

3. Bilis.

enoſũ genus, ut ſatis indicat urina ipſa ferè
npensè flava; prçterea bilis tormina quidẽ
ı ipſo decurſu & eroſionis ſenſum inter-
et, non autem revelleret introrſum retror-
ımque inteſtina verſus lumbos, quibus
ſſui quaſi videtur umbilicus.

4. Hanc ſententiam confirmat antopſia *4. Ab anto-*
olluviei ſeroſæ in ipſo poſtico capite civis *pſia memo-*
Claudij Juvenis fracti acerbitate dolorum *ratu digna.*
odominis quadraginta dies totos acriter
rgentium, ut & vehementia motuum
onvulſivorum, qui iis langueſcẽtibus ſuc-
eſsêre poſt paralyſin. In huius diſſecto ca- *Obſ. Ana-*
avere deprehenſa inteſtina, quanquã cru- *tomica.*
iatu per tot dies acerbiſſimo fuiſſent affli-
ta, atque immedicabili ferè ſegnitie labo-
aſſent integra & inculpata. Sed ubi ad
aput ventum, cum primùm ſerrâ poſticũ
ranium divideretur, tum aqua pura limpi-
aq; ſponte diffluere cæpit non pauca: a-
ulſo autem cranio meninx occ:piti & ce-
ebello interjecta tota madida decolorq;
pparuit adinſtar papyri aut telæ in aqua
iu demerſæ; & verò totum principium ſpi-
alis medullæ nerviq́ue hinc inde in verte-
ras propagati in aqua plurima innatare,
aſaque ipſa per membranas diſperſa con-
reto ſanguine liveſcere, congelato quip-
e à frigore aquæ circumſtantis comper-
ı: aperto demùm cerebello non ſo-

lùm ventriculus quartus aquâ ſcatens, ſed & ſubſtantia ipſa eâdem prægnans, totaque imbuta conſpecta: cerebrum autem reliquum ſiccum prorſus & candoris nativi cæteræq; conſtitutionis retinens repertum. Hanc antopſiam Carolus Piſo obtinuit Anno 17. ſupra 1600.

5. A Vomitus importunitate.

5. Vomitus importuniſſimus ſive aſſumptorum, ſive aqueorum & bilioſorum quandoque humorum à qua causâ proficiſcitur, ſi non à ventriculo ſimul cum inteſtinis in ſe veluti præter naturam contracto divulſoq; & ab expreſſa aquâ è capite ſenſim ſimulque bile è veſica choledocho expreſsâ per veſicæ divulſionem ſenſibilem, rejectâq; in meatus in ventriculum patentes? Si enim oppidò inſignes hepatis tumores aſſiduum non inferunt vomitum, & quanquam inflammatorij in principio, ſcirrhi autem nuſquam, cur diſtentum flatu colon perpetuum & pertinacem adeò invehit?

6. A juvamine medicamentorum refrigerantium.

6. Paulus & Trallianus colicos dolores miraculosè ſanari affirmant ab uſu refrigerantium. Quî autem hoc fieri poteſt, niſi quia uſu refrigerantium cohibetur raptus ſeri perpetuus in caput à fervore ſcil. ſanguinis à febre præſente etſi latente illatus? Ita ſanè eſt. pag. 256, uſque ad 269.

XLIII.

XLIII.

[F]eri depluvium è toto habitu & capite [c]onfertim factum in his, quibus renes [s]aburrâ multa referti ſunt, ſequuntur dolores nephritici.

QUî enim aliter lapillus aut arenula in mæādris illis radicum emulgē[t]ium aut ureterum latitans & ſæpè ob len[t]orem velut inviſcatā & firmiter adhære[s]cens ex anguſtiis illis evadere, atque etiam [i]nterjectas carunculas mammillares, ſeu o[r]ifices ſuperare poteſt, niſi ab aliquo vehe[m]enter à retro pellente & devolventes, ſi[m]ulque lubricante vias & emolliente ri[g]orem tunicarum ureterum, atque lento[r]em aremulæ conglobatæ abſtergente? [Q]uæ omnia ſanè aqua è toto habitu præ[c]eps ex alto decurrens inſtar torrentis tru[s]a ſcilicet expreſſaque è vaſis ſubitò ambi[e]ntis frigore præſtare poteſt.

RATIONES: 1. A neceſſitate motus externi principij quod eſt ſerum.

2. Quia hi nunquam infeſtant quen[q]uam, quin præceſſerit immodicum uri[n]æ profluvium, quo deturbari è ſuo loco [la]pillus poteſt.

2. Ab urinarum ante dolores præcurſione.

3. Quia utplurimum colicus & nephriticus dolor in iis duntaxat, qui ferè ſaburra[m] arenoſam in urinæ conceptaculis con-

3. A copulatione colici & nephritici doloris.

 geſtam

geſtam habent, concurrunt. Tunc enim ſeri in vaſis ebullientis una pars quidem rapitur in caput, ab eaque impleto poſtico cerebro revulſorij totius dolores abdominis invehuntur, reliqua autem pars eodem tempore in renes deſpumat & exundat; itaque ſuo motu ſaburrâ arenosâ commotâ nephritici dolores accedunt ad colicos habitos. pag. 266. 267.

XLIV.

Materia lapillorum in renibus genitorum ſunt ichores ſanguinis, ita ut lapidis ſaxei quidem durâ & cineraceâ conſtantis ſubſtantiâ, cauſa materialis ſint ichores ſanguinis crudi & pituitoſi; at verò friabilis, pallidi, rubri ac ſandarachini, vel etiam atri ſint materiæ loco ichores potiùs ſanguinis ſive bilioſi admodum in hepate geniti; ſive arterioſi in liene confecti.

Arg: *1. Ab urinarum atrore.*

1. Quia huius doctrinæ argumenta ſunt urinæ atræ, quæ à permixtione hujuſmodi ichorum levi ſanguinis ebullitione vere & autumno ſeparatorum tales

ales redditæ dolorem nephriticum præcedere ſolent, obſervatione Piſonis cùm in ſe, um in alijs.

2. Quia ex centum nephritide laborantibus octoginta & ampliùs renem ſiniſtrum dolent experientiâ teſte, cujus eventus non ſolùm referri debet in eam renis ſiniſtri poſituram, quæ ſerum impurius necdum defecatum in renem refundat, quæ eſt Dodonæi ratio; ſed etiam in eum ſitum, qui reſpondet Lieni è directo. Probabile enim eſt admodum, Lienem ſanguinis exterioris officinam κατ' ἰξιν pro more naturæ ſaburram ichoroſam ſanguinis atrabilaris in renem ſiniſtrum repurgare potiùs, quàm dextrum; & quanquam nulla ebullitio præceſſerit, quæ ichores ſeparet, tamen ſerum ipſum quacunque ex cauſa in decurſu ſuo nonnullas ſanguinis partes malè coalitas abſtergere & ſecum in renes devehere facilè poteſt, quæ partes craſſioris ſubſtantiæ à natura nec non lentoris participes ex anguſtijs renum non facile evadunt, & cum ſero fluxili ſcil. & tenuiſſimo percolantur, ſed immorantur atque adhæreſcunt, ſenſimque aggeruntur, itaque conglobantur & in friabiles calculos lapideſcunt. pag. 282. 283. *2. A latere, quod in nephritico dolore utplurimum infeſtatur, conditione.*

XLV.

Calculi renum non neceſſariò ſunt rubei.

PROBATIONES. *1. A materia calculorum diverſitate.* 1. QUIA rubor non tam renibus acceptus ferendus, quàm materię ſcilicet illis ichoribus, unde & atri ac alieni à rubro colores calculorum ſunt, qui etiam ſæpè flavi vel cinerei redduntur.

2. A loco generationis. 2. Quia non ſemper in ipſo renum parenchymate ſeu carne generantur, ſed potiſſimùm in cavitate ſeu ſtomacho renũ, & radicum ſive emulgentium, ſive ureterum anguſtis meatibus. pag. 283.

XLVI.

Calculi non concretione, ſed uſtione ſeu torrefactione generantur, ubi ubi locorum in corpore humano à calore ſive mediocri, qualis eſt puerorum, blandus & mitis, ſive acri, qualis eſt juvenum & conſiſtentis ætatis hominum.

RATIONES: *1. A frigoris abſentia.* 1. QUIA in noſtris corporibus frigoris tantus dominatus eſſe nequit, ut corpora ſtringere & concretione perfectâ indurare poſſit. Hoc enim ſine ſtupore vel etiam necroſi fieri nequaquam poſſet.

2. Quia

2. Quia in cavitatibus non ſolùm à corde fonte caloris remotis lapilli generantur, ut in veſica, ſed in proximis cordis, ventriculo ſcil. inteſtinis ſuperioribus, veſicâ fellis, imò etiam in Aorta ipſa jam primum è corde enata. Nam ex obſerv. Piſonis in Petri Carpenterij diſſectâ aortâ propè cor fiſtula quædam lapidea inſtar tubuli veluti incruſtans totum ſtipitem arteriæ reperta fuit extractaq; cum omnium admiratione. Minimè enim adhæreſcebat alioqui cinerei caloris, ſed vitri inſtar fragilis; diuturnitate ſcilicet temporis (nam optimus ſenex centeſimum annum attingebat) & acri igneoque cordis calore ſero in arterioſo genere plurimo ichor ſanguinis ratione ætatis & contentionum animi pituiteſcentis affuſus aggeſtusque in eam duritiem evaſerat, quæ fiſtulam lapideam efformârat. pag. 283. 284.

2. A calculorum etiam in locis cordi proximus generatione.

Obſerv. Anatomica.

XLVII.

Aqua in aſcite collecta & tumoris contingens cauſa eſt pars ſeri vehiculi, chyli & ſanguinis.

Arg:

Quia hoc ſimilitudo ſubſtantiæ, imò identitas evidenter docet.

1. A ſubſtantia ſimilitudine.

F 3 2. Uri-

2. Ab urina paucitate. 2. Urina utplurimùm pauca, nec quantitati potus reſpondens confirmat.

3. A vaſorum copia in ventris inferioris membris. 3. Quia ſeri conceptacula ſeu vaſa à natura inſtituta ſunt venæ & arteriæ, in quæ vaſa id cum chylo & ſanguine ex potu & cibo genitis è viſceribus illabitur; neceſſe itaque eſt ſerum abdominis in cavitatem veniſſe defluxiſſeque è vaſis, quæ decurrunt aut ſedem habent inſerviuntque membris ventre inferiore concluſis, ſiquidem hic venter membranis undequaque denſis ſepitur & circumcingitur, quas aqua non facilè præterfluit. pag. 298.

XLVIII.

Serum in abdomen, poſtquam majore copiâ aggeſtum eſt, pulſum & expreſſum diffluit.

Fundamenta.

1. A repentina abdominis intumeſcentia. 1. QVia ferè deſubitò & confertim univerſum abdomen ſolet intumeſcere, qui tumor ſubitus arguere videtur motum naturæ ſeu pulſum potiùs & apertionem oſculorum vaſorum, quàm ſpontaneam ſeri exudationem.

2. A ſimili pulſu diarrhaarum aquoſarum. 2. Quia motu ſeu pulſu & compreſſione vaſorum ſæpè diarrhææ aquoſæ contingunt, per quas plures aquæ libræ vel uno die extra corpus deiiciuntur. pag. 299.

XLIX.

XLIX.

Serum in hydrope accumulatur & ma-gna copiâ colligitur ob tractionem ablatam vel propter defectum indigentiæ ratione plethoræ, ſive univerſalis, ſive particularis; vel ob imbecillitatem caloris in viſceribus trahentis; vel ob viarum anguſtiam ab obſtructione & compreſſione introductam.

ARG. 1. *A cauſa hydropem inferente.*

. QUIA hydrops ſequitur eam ſanguinis plenitudinem, quam ſuppreſſa nfert menſtrua purgatio mulieribus fa-niliaris, aut hæmorrhoidalis utrique ſo-emnis ſexui, aut utraque etiam. Talis au-em ſanguis cohibitus ferè eſt crudus mul-oque ſero dilutus, quod ſerum ita pluri-num in iis redundans & incaleſcens ob in-arctum à reliquo ſanguine ſponte ſepara-ur, & ſecretum per ſe exudat in cavitatem bdominis.

2. *A frigida intemperie attractricem facultatem lædente.*

2. Quia per frigiditatem viſcerum, uæ eſt cauſa hydropis vulgatiſſima, non olùm aſſimilatrix læditur, quin unà tra-

ctrix,cum utriusq; inſtrumentum ſit calor. Atqui quoniam tractio aſſimilationem præcedit,tractionem potiùs quàm ſanguificationem læſam eſſe arguere oportet.

3. A ſymptomatibus attractionis defectum ſequentibus.

3. Quia hunc defectum attractionis inprimis ob anguſtiam viſcerum demonſtrant dejectiones chyloſæ pinguesque & crudæ aſcite laborantibus moleſtæ, urinaque in illis nulla aut pauca, ſed & dejectiones cruentæ ac loturæ carnium recens mactatarum ſimiles, quæ aliquando præcedunt hydropem, aut etiam in principio ſuperveniunt,& alioquin atoniam conſequuntur viſcerum, ſimulque indicant, quemadmodum & ſtillæ ſanguinis tenuis è naribus, è gingivis atque aliis locis aſciti familiares,quæ ſanè atonia viſcerum non tam in caloris imbecillitate ſumma, quàm in præternaturali laxitate & exſolutione conſiſtit fibrarum, quæ ad retinendum atque adeò trahendum (nam tractionis finis retentio) comparatur, & nihil ad aſſimilationem conferunt. pag.303.310.311.

L.

Obſtructio hydropis, cauſa à multis craſſis viſcidisq; humoribus maximè pertinet ad radices vaſorum,quæ utriq; implantantur viſceri.

Nam

NAm obſtructio truncorum quidem rara eſt ob amplitudinem cavitatis eorum, à qua illa ex parte nomen cavi accipiunt. Ramorum autem ſive gaſtricorum, ſive epiploicorum, ſive meſaraicorum, obſtructio potiùs perpetuum continensque alvi profluvium, quàm hydropem inferre ſolet. Quanquam autem obſtructio radicum ſive portæ, ſive cavæ hydropem inferre poteſt, hîc tamen intelligendum eſt non quidem illum à principio ſtatim contingere, ſed febribus diuturnis ab iis obſtructionibus illatis tandem ſuccedere. Nam quia ſanguis in ijs incuneatus brevi neceſſarioque putreſcit, certè febris prævertit, & cum ratione inappetentiæ cum iis conjunctæ corpus plethorâ non ita laboret, inde non ita frequens ſuccedit, etſi cachexia, ut experientia docet in febribus pallidis puellarum, quæ cachexiam quidem, rarò tamen aſcitem important. pag. 106.

Rat. *A denegatione obſtructionis.* *1. Truncorum ipſorum.* *2. Ramorum gaſtricorũ, ſive epiploicorum & meſeraicorum.*

LI.

Aſcites non generatur ſecundum communem ſententiam ob fruſtrationem hæmatoſeeos.

Demonſtrationes. *1. A partibus chyli heterogeneis.*

QUia ex corpore heterogeneo & cõſtante partibus craſſis terreniſque

 ſimul

ſimul cum aqueis (ex quo genere ſunt alimenta externa & chylus ipſe, qui etſi ad ſenſum eſt homogeneus, revera tamen heterogeneum quid eſt, & ex diverſis ſubſtantiis confuſis coaleſcens) ex corpore inquam concreto ex quatuor elementis unicum ſimplex corpus produci nequit atque illud aqueum.

2. A ſanguis crudi generatione ab intemperie hepatis frigida.

2. Quia à languidiore hepatis calore generari quidem poteſt è chylo ſanguis crudus admodum & pituitoſus leucophlegmatias fomes, tamen ex eodem modò integro ad vaſorum radices perveniente nunquam ſimplex ſerum generatur, ſed ſanguis crudus omninò aut potiùs chylus inquinatus, ut loquitur Ariſtoteles, vel certè qualis ipſe è ventriculo venit, & minimè alteratur. Quid enim fiet craſſis terreniſque partibus, aut quis abſumpſit, cùm potius aqueæ & tenues reſolutionis ſint capaces?

3. A coquentis caloris naturâ.

3. Quia etſi chylus alterationem aliquam admiſit, quantumvis levem à languido hepatis calore, is per reſolutionem aquearum particularum, aut certè ſpontaneum earum diffluxum in corpus ſeipſo craſſius, quàm contra in ſimplicius & tenuius converti debet, philoſophicâ ratione ita dictante.

4. Quia

4. Quia in hæmotoſi ſerum non tam ;eneratur in hepate aut liene, quàm è ven- riculo revera ab iisdem viſceribus attrahi- ur, ſiquidem ille eſt ipſe liquor, qui in po- um uſumque venit ſive ſit aqua pura, ſive inum, aut aliquod aliud aquæ genus, ut o- nninò improbabile ſit, ne dicam abſur- lum, ex chylo toto alioqui heterogeneo eu compoſito & corrupto in hepate (nam eneratio præſupponit ſemper materiæ orruptionem ex axiomate phyſico, *gene- atio unius eſt alterius corruptio*) num ſimplex elementum idque aqueum roduci. pag. 308, 309.

4. A praexiſtentia ſeri ante hæmatoſin.

LII.

Tumores hepatis & lienis catarrhoſi ac laxi ſuboriuntur per acceſſum humoris aquei ſeſe intimiùs eorum corpus ſive parenchyma inſinuaſitis.

QUia non ſunt phlegmonodes, nec ſcirrhoſi nec à vaporibus oriundi. Non phlegmonodes, quippe abſunt fe- ris & dolor, quæ neceſſariò adſunt phleg- ioni à ſanguine quocunq; affatim & dere- ente viſcus impetente.

Arg: 1. A negatione præſentiæ.

1. Phlegmones.

Non

2. Scirrhi, Vel primarij. Non ſcirrhoſi aut primariò, cum hujusmodi, de quibus ſermo eſt, laxitatem præ ſe ferant, & aliàs inſigni & evidente tumore ſe manifeſtent & præterea evaneſcant ſive ſenſim cum evacuatione aliqua ſenſibili; *Vel ſecundarij.* aut ſecundariò, cum nulla febris prægreſſa accuſari poſſit, cujus ardore arefactum viſcus immedicabilem contraxerit duritiem. *3. Inflationis.* Non à vaporibus oriundæ, quia per vaſa anguſta obliquè inteſtinorum, quæ ſunt flatuum conceptacula, corpori inſerta in viſcera uſque ferri improbabile eſt, & ſi vaporoſa ſubſtantia in ipſo viſcere gignatur, neceſſe eſt aliqua ſubjecta materia in iis deliteſcat, quæ ſit prorſus aquea, atque ita reſolvitur materialis cauſa omnis propoſitorum tumorum in aquam. *Vapor quid?* Et certè
" vapor nihil aliud eſt, quàm ſerum ſive a-
" qua in maſſa ſanguinis vel chylo confuſa,
" calore attenuata & concepto agitata fer-
" vore, quod Philoſophiæ & ſapientum con-
" ſenſui omninò conſentaneum eſt.

2. A doloris defectu. 2. Quia id confirmat indolentia tumori conjuncta & tenſioni, à cujus enim humoris conferto decubitu in partē membranâ ſuccinctam dolor ſenſusque triſtis, gravitatis ſaltem ſenſus abeſſe poteſt, niſi ab aquei decubitu ſuâ naturâ lenis omniſque acrimoniæ expertis, ſtatimq; per atte-

tenuationem, quam ubi primum viſcera
ruit, patitur, levitantis & non niſi per ex-
dationem ſenſim factam irruentis ten-
onemque molientis. Non enim ſanguis
ut alius humor ullus terræ particeps citra
dolentiam affatim & ſubito viſcera in-
adere poteſt.

3. Quoniam lien & hepar ſunt con- *3. A conjunctione horum viſcerum cum Venoſo & arterioſo gluere.*
necta, cum venoſo quidem genere hepar,
um arterioſo autem potiſſimum lien, atq;
uæ liber maſſa, ſed præſertim ſanguinis ar-
erioſi plurimo eſt ſero affuſa; haud du-
ium eſſe poteſt ab utroque vaſorum ge-
ere ſeroſam pleonexiam deponi in u-
rumque viſcus poſſe ſive ſponte, ſive pulſu
notuque naturæ copiâ ejus aggravatæ &
ritatæ, ſive ſeorſim, ut evenit in diarrhœis
iliofis; ſive unà cum ſanguine ipſo tur-
ente, ſed ita ut ſanguis ipſe quidem in va-
is ſubſiſtat, ſerum autem ex iis exundet in
obos atque tumorem excitet. Unde tu- *Tumorum duo genera exoriuntur.*
norum duo genera ſuboriuntur, quorum
ntum à ſeri duntaxat decubitu ſine febre
ſt quidem ſaltem non magnâ & gravi; al-
erum cum gravi & acuta febri, quæ ſup-
urato ferè ſolvi ſolet.

Hepar autem magis opportunum eſt tu-
noribus, qui à ſero unà cum ſanguinis af-
luxu fiunt, atque febre magnâ ſuccincti

ſup-

ſuppurato terminantur; contra lien iis obnoxius eſt tumoribus, qui ab unius decubitu ſeri febrem non ita magnam habent adjunctam & per ſe ſedantur. Sanguis enim venoſus craſſior eſt crudiorque: & præterea hepatis vaſa, quàm lienis longè exiliora & anguſtiora, ſanguis autem arterioſus longè copioſiore ſero ſcatet, quinimò lien ex inſtituto naturæ fluxiliorem atque adeò aquoſiorem chylo partem è ventriculo per vaſa brevia quidem, ſed ampla immediatè trahit exugitque indies, quâ immoderatiùs attractâ ob intemperiem aliquam contractam, turget tandem collecta aqua & maximè parenchyma eius rarum, ſpongioſum atque bibulum, ſi præſertim eveniant renes in ſuo munere ſegniores.

Tumorum aquoſorum lienis.
1. Cauſa generantes, quæ etiam Scorbutum noſtra regioni Endemiũ excitare ſolent.
2. Symptomata aſſidentia, quæ ſimiliter in lue Scorbuticâ conſpicua ſunt.

Tales tumores provenire in liene etiam confirmat tùm cauſarum externarum, tùm ſymptomatum aſſidentium ſpeculatio. Hippocratis namque obſervatione Lienoſi plerumque fiunt ab uſu aquarum lutulentarum paluſtrium, & præterea horum tumorum ſunt fomites cibi craſſi, viſcidi & præſertim fructus, lacticinia atque legúminum juſcula. Symptomata aſſidentia ſunt totius habitûs marcor, quod lien

præ-

ræexiſtenti in vaſis ſanguini ſubſtituat
tque affundat in nutritionem ſeroſum
anguinem; totius corporis ſegnities im-
ecillitasque quin ſpiritus obruuntur a-
uæ copia; varices & tumores pedum,
uia pleonexia ſeroſæ in infernis partibus
nagis ſeſe prodit; ſtillicidium ſanguinis
quoſi è naribus, exeſio carnis gingiva-
um, quod ſerum effervescit in partes ſu-
eriores.

Quin etiam ab eadem cauſa, ulceribus
lyſepulotis crura manant fædanturque;
enique quia aquæ fervor ille eſt levis & in
ubjecto aqueo frigidoque ineſt, certè
ebris minus evidens, ſed obſcura, & quæ
n extremis partibus in quas decubuit,
gravis humor ſeſe prodit. pag.321. uſque
ad 328.

LIII.

Iſchuria memorabilis cum ſudore perenni.

AMPLISSIMUM & Prudentiſſimum Vi- *Obſerv.*
rum Antonium de Gatinois Dominum
de Drouville in amano ſuo in fano D.Nico-
lai ſeceſſu ſolitudini de more vacantem
exino-

ex inopinatu Iſchuria adoritur, quæ jam unum diem illum preſſerat, cum apud Piſonem de urina penitus ſuppreſſa querimoniam haberet; qui divinatus utrumque renem pertinaci obſideri calculo; enema unum & alterum, bolum caſſiæ cum rheo & detractionem ſanguinis è malleolo probavit, & inprimis diætam atterendis calculis atque lubricandis viis peridoneam ſtatuit, crebroque per acclivia & declivia equo aut carruca vehi juſſit, ſed fruſtra. Septem interea dies integri dilabuntur, & nullam aquæ guttulam reddit, imò quatuor ſupra diffugiunt, cum primùm urinam ad libras duas circiter fundit. Sed iterum urina ſupprimitur, & novendecim dies ſicci prætervolant, quos iſchuria ſecundò totos urget. Circa trigeſimum autem circiter diem á prima ſuppreſſione ſex circiter libras affatim eminxit, ſed mox tertiùm iſchuria repetiit æquè ut antè pertinax.

Iſchuria 11. dies durat.

Poſt urina funditur.

Denuò repetit 19. dies vigens.

Tertiùm adoritur.

Tum verò corpus univerſum jam antea per pluſculos dies lividum, ſpectabili continuoque cæpit diffluere ſudore, & tam inſuavi ac olido, ut vix perferri poſſet ab ipſo Piſone. Dies autem jam decem ſudor ille noctesque tenebat, cum ecce derepente
„ dolor renum atrociſſimus virum prædi-
„ ctum adoritur, ſed is mox (nam nullus do-

Solvitur ſudore fætidiſſime.

lor

or atrox & acerbus idemque diuturnus) emicupio paucas intra horas cedit, & ſinitu duo ab illo excreti calculi forma & charactere dactylorum nucleis ſimiles,ſed longè majores,quorum enixui ſucceſſit liberalis diuque optata & facilis deinde mictio. In hac iſchuria fieri ſanè potuit, (inquit Piſo) ut lapillus hærens in pelvis fine exortuque ureteris aliquo corporis motu ſurſum in pelvim rejectus aſcenderit, itaque liberum aquæ deſcenſum præbuerit,ſed mox idem decidens ſponte & ab aqua decumbente deſuper preſſus expreſſusque, iterum in ureteris principium exitum ut antè denegârit ſerò. Credibile etiam eſt hæſiſſe toto illo tempore in exortu ureteris lapillum ſecundum unam ex extremitatibus ſeu mucronem,non autem ſecundum corpus medium, quod cum ureterem ipſum vi ſubiit, tum verò dolor gravis urgere cæpit. Nam in pelvi ampla lapis,ſanè abſque moleſtia deliteſcere potuit, unáque penitus intercipere urinam. Pag. 335. 336.

Cauſa pertinacis Iſchuria.

LIV.

Arthritidis cauſa continens eſt ſeroſa colluvies, eaque cum ſemel incaluerit aut copia turget, non aliunde, quàm venis arteriisq; totius corporis in ar-

G *ticu-*

ticulos ruens & diris cruciatibus affligens; interim & magna aquæ portio è capite in quod ſcilicet innumera vaſa finiuntur, in articulos ſecundum tendines gliſcit & irrūpit, quod etiam ex Hipocr: ſententia lib. de gland. & loc. in homine fieri poteſt.

Mobile in arthritide eſt ſerum.

Rat. I.

A dolorum ſubitanea invaſione.

Itaque mobile eſt ſerum. 1. Quia dolor deſubitò & vehementer invadit, omninò etiam humor arthritidis parens magnâ vi copiaque & impetu neceſſe eſt præceps ruat, qui vel præ copia naturam aggravare, vel qualitate malignâ eandem lancinare infeſtareque vel certè per ſe ac ſponte exundare fervore concepto, Itaque longè lateque deſpumare & effervеſcere poſſit, qualis nequit eſſe humor aut craſſus frigidusque & lentus, qualis ſenſim in dies generatur, aut calidus, nempe ſanguis, cujus integritatem ſervantis natura retinentiſſima eſſe ſolet, ſed ſerum ſolùm, quod per ſe exundans facilè ferri quoquo poteſt; & quâ datá porta exilire, pariterq; nullo negotio à natura huc illuc impelli. pag. 347: 349.

2. A ſignis ſeroſam illuviem indicantibus.

2. Quia ſeroſæ in toto corpore redun-

dan-

lantiæ plura ſunt argumenta : Tempe-
ramentum impensè calidum viſcerum o-
nnium, denſitas totius habitus, cibandi
atio liquida, ûrinæ profuſa copia ad li-
rás ſex vel uno die, cum vix duæ cujuſ-
unque potulentæ materiæ ebibantur, de-
ectiones aqueæ bilioſæ, febris cum horri-
ilatione & inſigni laſſitudine unum aut
lterum diem arthritim præcedens, & ſub
eſperam exacerbans, quæ manifeſtè ar-
uunt ebullitionem & effervefcentiam a-
uoſi in vaſis humoris.

Quoties denique ſecatur vena, to-
ies advertitur ubi ſanguis in pelvi ſubſe-
lit, confuſione humorum diſſolutâ, ſe-
um ſecretum maximam partem pelvis
ccupare, eique tantillum miſcellæ ſan-
uineæ conſtantis & integræ atque incul-
atæ innatare. pag. 349. 351.

3. Quia ſolutio paroxyſmorum con- *3. A ſolutione paroxyſmorum.*
equitur madorem totius corporis conti-
uatum eumque tepidum.

4. Quia tumor cum fluxione dolori- *4. A perfecta reſolutione citra tophum.*
ica conjunctus & brevi diſcuti ſolet, re-
olvique & perfectè adeò ut quanquam à
lecem annis ægros exercuerit, tamen to-
hum nullum relinquat, quomodo ſo-
us humor ſeroſus perfectè reſolvi po-
eſt.

Et quanquam tophus aliquis relinquitur, fit is ab ichore bilioſo ſenſim à calore loci concreto aut etiam ichore pituitoſo ſeu mucoſo è capite delapſo, prout modus ſeu lapillus concretus flavus eſt aut cinereus, tamen rarò ſuppurato terminatur, ſed reſolvitur ſenſim, ex quo aqueus ſolus humor quippe reſolutionis patiens, ſed cui ichoris terreníve excrementi aliquid eſt aſperſum, neceſſariò arguitur. pag. 352.354.

Terminus à quo eſt.

Terminus autem à quo partim eſt totum ſcilicet cum ſuis vaſis, partim caput. Illud confirmatur.

I. Totum cum ſuis Vaſis Rationes.

1. A Vaſorum connexione cum articulis.

1. Quia omnia vaſa connectuntur per ſuas propagines cum articulis ipſis, in quos proinde ex omnibus vaſis ſive plenitudo, ſive cacochymia deponi poteſt & exonerari.

2. A Vaſorum externorum tumore.

2. Quia adeſt vaſorum externorum tumor, qui ante inſultum arthritidis in manibus pedibusque conſpicuus eſt admodum, quique niſi lapſu temporis ſubſederit producit morbum in longum tempus. Arterias autem præſertim hîc concurrere, conſtat ex pulſu magno altoque veluti undoſo, qui neceſſariò plenitudinem cum virium robore arguit. pag. 348.

3. A coniunctione febris cum arthritide.

3. Quia febris ferè conjuncta eſt cum iis do-

iis doloribus, imò eosdem præcedit, unde colligere eſt ſeroſam illam diluviem decumbere in artus ſubjectos quàm maximè è toto corpore. pag. 328.

Hoc autem caput ſcil. eſſe aquarum fontem, convincit evidentiſſimè ſyndrome ſymptomatum in motu depravato & ſenſu propè ſepulto. *II. Caput; Probatio à ſyndrome ſymptomatum.*

Patiuntur hi ægri non ſolùm motus convulſivos in artubus præſertim inferioribus vel in palpebris, labiis & maximè carpo, ſed etiam ſoporem, qui ad Typhomaniam ſive coma pervigil, pertinet. pag. 351.

LV.

Arthritidis fomes è viſceribus & hypochondriis inferioreq; alvo nullâ ratione eſt repetendus.

Fundamenta.

1. Quia humor craſſus & viſcidus eas infarciens partes confertim cumulateque vel uno die articulos inferiorum partium aut impetere membra ſuperiora haud valet, cum ad deterſionem hujus humoris longiſſimum tempus exigatur & ad fluxum omninò ſit ineptus ejusmodi humor. *1. Ab humoris hoſpitantis in illis partibus indole.*

2. Quia obſervatum fuit, alvi fluxui partim ſpontaneo, partim ab uſu quotidia- *2. Ab arthritide alvi fluxione ſuccedente.*

 dia-

diano laxantium medicamentorum procurato eique trimeſtri nihilominus ſucceſſiſſe arthriticos dolores de more & repente, eosque graviſſimos & diuturnos.

3. Ab alvi fluxione præſente Arthritide. 3. Quia annotatum toto tempore paroxyſmi alvum ſemper fluere liquidis excrementis, hoc eſt, aquoſis bilioſis, quæ indicant ſanè ab alvo non venire cauſam arthritici doloris fomitem, cum alvus contrario motu prorſus repurgetur, nec natura ſimul contrarios ſentiat motus.

4. Ab anatomica inſpectione. 4. Quam ſententiam etiam confirmat diſſectio corporis, non vi arthritidis, ſed peripneumoniæ fatis abrepti, in qua ſatis conſtitit viſcera omnia inferiore ventre contenta, integra fuiſſe & vitij expertia atque ab omni infarctu libera. pag. 347. 348.

LVI.

Febris arthritidi conjuncta ſæpè non eſt ſymptomatica, ſed eſſentialis ac primaria.

Rationes.

1. A febris præcurſu ante dolores. 1. Quia ſemper prægreditur & antecedit dolores iſtos arthriticos licet quandoquidem minimè vehemens ſit; ſed parva & vix conſpicua ut omnium eorum principia exigua eſſe ſoleant.

2. Quia

2. Quia quanquam ſæpè dolores arthritici inducias præbent, nihilominus tamen febris urgere & increbeſcere per ſe à Carolo Piſone eſt annotata. — *2. Ab eius duratione ſedato dolore arthritico.*

3. Quia febris ſymptomatica ad Ephemeram reducitur, quæ unius ſpiritus vitalis inflammationem ſequitur; evidentiſſimis tamen ſignis conſtat hanc febrem non in uno vitali ſpiritu accenſo, ſed omninò in ſanguinis maſſa præter naturam inflammatâ locum habere, uti id continuitas febris, typus pulſusq; & per quaternarios mutatio indicat. pag. 355. — *3. Ab inflammatione totius maſſæ ſanguineæ.*

LVII.

Febris hæc in inflammatione potiùs quàm in putredine conſiſtit.

Rationes.

1. Quia id indicant nigrities & ariditas linguæ, ut & rubor faciei in parte ſiniſtra pulſatioque ſenſibilis in latere ſiniſtro, quæ omnia ſanguinem potiùs accenſum & quidem arterioſum ſignificãt, cùm lien ſit fons ſanguinis arterioſi, ut hepar venoſi. — *1. A ſignis ſanguinis arterioſi phlogoſin demonſtrationibus.*

2. Quia in calore non tàm mordacitas aut acrimonia inſignis, quàm acuties — *2. A caloris formâ.*

ties & vehementia quædam obſervatur, quæ ad ſenſum frangi à mora hebetarique videtur. Itaque incenſionis clariora, quàm putredinis ſunt indicia, niſi ebullitionem ſeri putredinem appellare liceat. Certum enim eſt in illa ſanguinis arterioſi ebullitione, quæ febrim facit, ſeroſam partem ſanguini affuſam maximè fervescere; qui in ſero fervor putredo dici poteſt, cum præſertim fœtor in dejectionibus aqueis ſit maximè manifeſtus atque aquea corpora uſtionis non tam ſint capacia, quàm putredinis, ſi quando ebulliunt & fervent, pag. 357.

LVIII.

Articulorum in curatione arthritidis ob imbecillitatem quandam ſuſcipiendi nulla habenda eſt ratio.

Arg: A neceſſitate recipiendi ſeroſam materiam.

Quod enim articuli reliquis membris facilius promptiusque ſerum ſponte ſuâ effervescens excipiant admittantque, illa propenſio non ab eorum imbecillitate, ſed temperie aliqua, hoc eſt, laxitate vel raritate, verùm ab ipſa conformatione, eâque non in cavitate poſita, ſed potiùs in coniunctione cum vaſorum omnium finibus

ous repetenda eſt; quam conformationis partem immutare minimè eſt in noſtra facultate poſitum. Articuli enim hoc ſolùm nomine deſpumantem aquam admittunt imbibuntque neceſſariò, quia in iis ſtuntur terminanturque vaſorum omnium internorum propagines extremæ. Sed bullitio primùm quidem in majoribus aſis interniſque incipit, ſerum autem ebulliens efferveſcit & exundat in minores, andemque in extremos ſurculos, qui cum on habeant, unde refundant imbibitum umorem, inde is in articulorum cavis in uibus ſcil. extrema ferè vaſa terminantur, ſtitur aggeriturque uſque & uſque, ex uo neceſſe eſt à continenter impetente ro diſtrahi violenter à ſe invicem ipſos rticulos. pag. 367.

Neque repellentibus locus eſt.

Quod ſi ſtatuatur ſive ſtrictis ligaturis ve frigidis medicamentis ab artubus longè lateque repelli poſſe confertim irrumentem humorem, id verò ultrò fatendum t; ſed hoc pacto ægrum in manifeſtum itæ diſcrimen adducere pertendendum, ùm repulſa ſeroſa illuvies neceſſariò vel ulmones, vel aliquod aliud è nobilibus ſceribus irruat invadatque, quo ſane ræſtat ſinere, ut ſeroſa illuvies præceps in teriora membra ruat. pag. 368.

LIX.

Dolores partium externarum ſæpe fiunt à diluvie ſeroſa perioſtia membranoſumque genus internum divellente: ut & ſtupores ſive Paralyſes brachiorum & crurum ab eodem humore nervoſum genus madefaciente.

Demonſtrationes.

1. A nulla membrorum dolentium mutatione in colore &c.

1. QUia neque in colore neque in mole & charactere à ſeipſis membra dolentia ſunt immutata, neceſſe eſt omninò tenuiſſimum atque decolorem eum humorem eſſe, qui dolorem membranoſo generi infligit, qualis unus eſt aqueus ſeu ſeroſus humor in ſanguinis maſſa.

2. A celeri ſine ſenſu evaneſcentia.

2. Quod dolores iſti vel ſenſim ſine ſenſu humore ſcil. reſoluto & citra ſuppuratum evaneſcunt, vel ſubitò ſudore largiùs dimanante intereunt.

3. A ſignis pleonexiam ſeroſam manifeſtantibus.

3. Quia pleonexiæ ſeroſæ in corporibus ita affectis manifeſtè ſe produnt argumenta, ſcilicet urinæ copioſæ & longè

potum

otum excedentes tenueſque ac perſpicuæ nam ſi quando aſperſæ fuligine videnur, eſt potiùs ex admixtione ichorum trabilaris ſanguinis, qualis in ſplenicis areſcere credendum eſt; quòd etiam fieri oteſt à ſuſpecto vapore ſive fumo antinonij aut ſublimati inſpirato) deinde anguinis maſſa tota ferè ſeroſa, hoc eſt, ero plurimo diffluens & exiguum aut ullum ſanguinem continens, qualis aparuit in quodam Præſide.

4. Quoniam membranæ totius cororis omnes ſunt membranis capitis coninuæ, & hoc aquarum fons eſt ſive larum è capite profectò ſecundum memranas ſeroſum humorem dolorum cauam depluere eſt veroſimile; ſed quia on tam partes externæ, quàm internæ nembranæ dolent, omninò ex interno apite non autem ex externo depluvium llud venire coniicere eſt, præſertim cum uod ab externo capite defluvium fit, ab o potiùs externa corporis facies intumecere, quàm dolere ſoleat, ſc. externæ memranæ & univerſales ob motus membroum aſſiduos contractioni & explicationi unt aſſuetæ, & ita impunè ferunt diſtenſinem, quàm depluvium è capite externum

4. A continuatione membranarum totius corporis cum membranis capitis.

quan-

quanquam confertim decumbens & tumefaciens infert, ut conſtat in leucophlegmatico habitu.

5. A communicatione cum hepate & liene.

5. Quia præter caput duo viſcera Hepar & Lien præſertim ſunt fontes feroſi humoris, eaque viſcera membranoſo generi per venas & arterias conjuncta ſunt, haud dubium eſt ſeroſum humorem in vaſis redundantem & ab aliqua cauſa ferveſactum, ut contingit in febribus pluribus, poſſe è vaſis deſpumare & efferveſcere longè lateq; & impetere confertim membranoſum genus; itaque violentâ exporrectaque plurimùm diſtenſione dolorem vehementem inurere, ſed alioqui ferè fugacem, niſi diu duret ebullitio ſeroſi humoris, ut fit in febribus ſynochis præſertim hybernis. pag. 396. 397.

LX.

Hydrops quidam univerſalis oboritur à ſero vel depluente ex externo capite hydrocephalo curato, vel è toto habitu exſudante, non uti Leucophlegmatia à ſanguine pituitoſo & crudo.

Rationes.

1. A nulla cutis mutatione in colore.

1. Quia ſeroſum humorem inter cutem & cæteras membranas univerſales ſtagnan-

agnantem color demõſtrat in cute idem
rè atque antè, non autem ſubalbidus
que lacteus aut livore ſuffuſus juxta
culos, qualis in leucophlegmatia cerni-
ır, ac ſi cutis ſuffuſo lacte puréve madeſ-
eret vividi coloris ferè deperdito flore.

2. Ab ejuſdem compreſſa à digito reſultu

2. Quia in hoc hydrope compreſſa
igito cutis ex ſe ſtatim reſilit refluente a-
uâ ſponte illuc; unde à premente manu
ejecta: in leucophlegmatia impreſſum
giti relinquitur veſtigium ſanguine craſ-
non facilè refluente illuc, unde expreſ-
ıs erat.

3. A privatione cachexiæ præcedentis.

3. Quia cachexiæ nulla in illo mani-
ſta ſunt indicia, quæ leucophlegmatiam
ræcedere ſolet: nec pariter febres arden-
s aut viſcerum tumores inflammatorij
li ſubſequi ut hîc ſolent; niſi fortè con-
inctus ſit Aſcites, etſi gravitas capitis &
ydrocephalum atque ferè hydropem cu-
ıneum præcedant.

4. A facili ſolutione.

4. Quia facilis eſt ſolutionis, cum leu-
ophlegmatias non niſi ægrè curetur, quã-
oquidem longè faciliùs pleonexia ſeroſa
ı toto redundans corrigitur, quàm in-
emperies frigida ſiccaque viſcerum cru-
ıoris ſanguinis parens emendatur. Certè
quoſus tumor habitûs externi experien-
â teſte, ſolo calore lecti vel ſudore eva-
eſcit.

5. Quia

5. A defectu anorexiæ & ſitis. Quia univerſali hydropi minimè anorexia & ſitis importuna aſſiduaque, quemadmodum leucophlegmatiæ aſſidere conſuevêre. pag. 398. 399.

LXI.

Variolarum ea ſpecies, quæ vulgò D. Barbaræ veſiculæ vocantur, excitantur à ſeroſo humore in ſanguine putrente efferveſcente è vaſis longè latéque ſed intra epidermida ſubſiſtente, ſanguinis ipſius craſſamento in vaſis reſtitante.

ARG: *1. A Cuticulæ tranſparentia.* 1. QUIA cuticula extans quaſi pellucet ut laterna punica & veſica aperta, non craſſus ſive lacteus humor, quale eſt pus è ſanguine genitum, ſed aqueus prorſus humor dimanat.

2. A puſtularum evaneſcentia citra ullum veſtigium. 2. Quia iſtæ puſtulæ ſubſident ſponte nullo humore aſpectabili diffluente, reſolutâ aqua nullo in vultu earum veſtigio relicto, aut cavitate nulla in exeſa cute impreſſa.

3. A ſubjectis in quibus effloreſcunt. 3. Quia hujuſmodi exanthemata familiaria ſunt corporibus ſiccis & gracilibus ac ſplenicis, quibus ſanguis præſertim arte-

rterioſus, atrabilaris eſt fervidusque, ſed
liàs ſeroſus, cum reliqua exanthematum
genera ſuppurato terminari ſolita, ſuique
eſtigia in exeſa cute impreſſa relinquere
ffloreſcant potiſſimùm in euſarcis cor-
poribus beneque habitis, hoc eſt, in qui-
bus ſanguis minus fervidus eſt, ſed craſ-
ior.

4. Quia delirium concomitans ha- *4. A delirij comitantis differentiâ.*
bent leve minimeque lethale: Mite, in-
quam, delirium propter humoris benig-
num ingenium, ſed non lethale propter
facilem ejuſdem reſolutionem, qualis ne-
ceſſe eſt fuerit ſeroſus humor in toto ebul-
liens inque caput effervescens, cui hæc o-
mnia competunt.

LXII.

Acetum fit ex vino ob evocatum calorem vitalem, & humiditatem aqueam majori ex parte abſumptam.

Vinum aceſcit.

VInum merũ & generoſum quod aquei *1. Caloris*
humoris minus habet, haud facilè pu- *vitalis evo-*
treſcere videmus, ſed potiùs aceſcere, ſc. hu- *catione un-*
ius vitalis calor duntaxat, minimè aũt ca- *de eſt quaſi*
lor temperaturæ ab ambientis calore evo- *vinum mor-*
tuum.

catur, ex quo acetum eſt, quaſi vinum mortuum, id eſt, vitali deſtitutum calore, nec non humiditate extranea illa, ſive aquea maiori ex parte. Nam in aceto poteſt aliquid huius ſupereſſe, cuius ratione ipſum acetum aliquando putreſcit. In generatione autem aceti unà cum vitali calore humidum aqueum diſſolvi, ſupereſſeque humidum continuans, ſive proprium unà cum mixtionis calore ex eo intelligere eſt, quòd acetum etſi eſt actu humidum, facultate tamen eſt admodum exſiccans, ſcil. acetum per nutritiæ humiditatis conſumptionem non ampliùs ita humectat atque vinum, ſed ſiccius vino factum eſt humiditate quippe interna per extraneæ receſſum commixta cum ſicco accuratiſſimè. Præterea tametſi acetum ab ambientis caloris actione aliquid contraxit caloris adventitij, á quo acrimoniam quándam comparat; tamen vino frigidius eſſe abſolutè per vitalis caloris corruptionem mordacitas quam habet, evidens eſt argumentum; quæ mordacitas tanta eſt, ut quia altiùs penetrat unaque conſtringit & mordet, ſæpè ſolutionem continuitatis cum dolore conjunctam inferat. Penetrat autem altiùs ob ſubſtantiæ miram tenuitatem.

2. Extractione humiditatis extraneæ.

Acetum exſiccat propter humiditatis nutritiæ conſumptionem.

Acrimonia aceti ab extraneo calore.

Nec

Acetum non fit per putrefactionem. Ratio à denegatione diſpoſitionis ad ulteriorem putredinem.

Ion fit ergò generatio illa aceti ex vino er putrefactionem, quam in eo nullam ſſe etiam hæc argumenta convincunt, :il. certo conſtat experimento minorem utredinem ſive inchoatam ad majora eſſe iam, ut longè facilè ſit, quod aliquantum æpit putreſcere, deinceps inſigni corripi orrumpique putredine, quàm id quod ıeutiquam adhuc putredinis rudimentum oncèpit ullum. Quod ratio ipſa Phyſica tiam ſatis confirmat, facilior quippe eſt à nedio ad quodvis extremum tranſitus, uàm ab uno extremo ad alterum. Quo oſito, ſi inchoatam putredinem in aceto atemur, neceſſe acetum ad putredinem ſſe paratiſſimum: Atqui experientiâ quo-idianâ teſte acetum vel nunquam putre-cit, vel certè ægerrimè; vinumque multò roclivius eſt ad putredinem contrahen-am antequam in acetum mutetur, quàm bi jam eſt mutatum; ut docet aceti gene-atio arte facta, quæ fit ſi vinum vel à ſole el ab alio mediocriter calefaciente tepe-at, quò vitalis exhalet calor, unaque a-ueum humidum abſumatur. pag. 405.

LXIII.

anguis reſpondet proportione vino tque mixtum; quod aqua genus ap-

pellat Ariſtoteles eaſdemq́ patitur affectiones, quas vinum.

Sanguis reſpondet proportionaliter vino in congelatione.

Uti enim vinum putreſcit, cum ebulliendo fit vappa aut mutatur in alienam diverſamque ſubſtantiam, cum acetum evadit aut congelaſcit, quemadmodum Aquilone ſæviente hiſtoriarum fide noſtro ævo ita congelaſcere vinum eſt compertum, ut in fruſta diviſum fuerit militibus: ita & ſanguis eaſdem pati poteſt affectiones. Congelationem namque ſanguinem non ſolùm extra corpus effuſum pati experientia docet, ſed adhuc num in vivente vel etiam in vaſis reſidere gangræna amplam fidem facit, & concretio eius ſive congelatio in vaſis à frigore aquæ in eo ſtagnantis plurimæ obſervata. Quod ad putredinem ſpectat, plures ſanè varioſq́ue putredinis gradus ſanguinem admittere, modò ſcilicet mediocrem & coctionis participem, quæque corrigi poteſt, modò malignam & inemendabilem, modò mediam putredinem cùm ſenſus vel ipſe docet in ſanguine extracto; tùm diverſæ febrium ſpecies, quæ variam putredinis in ſanguine naturam conſequuntur. Nam ſenſus ſatis deprehendit fibroſæ in

2. Putredine.

ı ſanguine venâ ſectâ extracto ſubſtan-
æ diſſolutionem in ſaniem omnis conſi-
entiæ expertem, tabum aut amurcam re-
rentem, quem Ariſtoteles ideò ichoro-
ım morbidumque appellat 4. Meteoror.
dimentum quoque in urina per febres
arium idque modò laudabile, modò exi-
ale, modò neutrum; pariterque pus idem
emonſtrat longè ſcilicet varium per in-
ammationem partium tumoresque præ-
r naturam ſuccreſcens in corpore cum
mpore; hæc enim ſequuntur ideoque
rguunt ichores à fibroſa ſanguinis ſub-
antia ſeparationem, quæ abſque putre-
ine fieri nequit.

Quemadmodum denique ex caloris in
ino vitalis evocatione, humidique aquei
u nutritij reſolutione ab ambientis ca-
ore potiſſimùm factâ vinum in acetum
utatur; pariterq; ſanguinem ex evocatio-
e vitalis ſpiritus ſeroſiq; humoris muta-
in ſubſtantiam aceto affinem quid vetat?
ertè limus ſeu ſuccus melancholicus, in
em ſanguis uſtulatus convertitur paſſim
igidus, quippe acidus & mordax omni-
oque aceto finitimus luculentam fidem
cit.

3. In degeneratione ad ſubſtantiam aceto affinem.

Nam in aceto quanquã tenui tamen craſ-
orum elementorũ non parùm ſuperant

fæces, quæ cum tempore in vaſis acetum continentibus ſubſident & ſucco melancholico magna ex parte reſpondere videntur. Neque improbabile eſt varias bilis & reliquorum humorum ſpecies, in quas ſanguis fermentatione, ebullitione, aut alia ſimili alteratione experientiæ fide convertitur eſſe mixta quædam, quæ aceto quodammodo finitima ſunt, pag. 410. 411.

LXIV.

In omnibus corporibus miſtis in universum humidum aqueum præſertim eſt putredinis ſubjectum, aut certè cauſa ſeu occaſio omninoq; conditio putrefactionis.

Rationes.

1. A caloris vinculo cum ſubjecto ſuo.

1. QUIA cauſa putredinis efficiens eſt proprij caloris receſſus. Calor autem recedere nequit ſine proprio interitu, cum idem numero accidens proprium nequeat deſerere ſubjectum ac in aliud migrare, neceſſaria profectò eſt calori humida ſubſtantia, in qua reſideat ſi educi debet & cum qua tanquam cum vehiculo emigret.

2. A lignorum aridorum impotentia ad putredinem.

2. Quia ligna arida, experientiâ teſte, integra & ſine carie multis ſeculis non aliâ ratione ſervantur, quam quia in iis exigua admo-

(dmodum ineſt, nec niſi ægerrimè evoca-
bilis humiditas naturalis, cujus indicium,
quod ubi primùm ea madeſcunt externoq;
liquo perfunduntur & humectantur hu-
nore tùm facilimè putreſcunt. Nimirum
alor non poteſt ſolus evaporare ſine hu-
nida aliqua ſubſtantia. In humectatis e-
im aridis lignis aquoſus humor imbibi-
us quia vehiculi uſum naturali calori ex-
ibet, occaſionem certè præbet & appara-
um ad cariem, quippe cum beneficio ejus
anquam vehiculi naturalis calor ab am-
ientis calore evocatur, ægrè aliàs per hu-
niditatem naturalem modicam ligni ex-
rahi potens. Ac tametſi humiditatis ad-
entitiæ eductio ſive evaporatio nequa-
uam eſt putredo, niſi cum ea naturalis e-
ucatur calor, tamen eſt occaſio putredi-
is, quia calori ut dictum eſt naturali tan-
uam vehiculum offertur, cum quo hic
acilè educitur.

3. Experimur, quoties animus eſt mix- 3 *A præſervatione carnium à putredine.*
 quævis à putredine vindicare, id nos
onſequi, ſi ſale vel igne humidum aque-
n extractum à nobis fuerit, tanquam
auſa facilis putrefactionis. Eo enim in
aporem ſoluto, nativoque humido, quo
s conjunguntur, ſuperſtite, res retinent
am integritatem multò diutiùs. Certè

carnes animalium mortuorum haud facilè putreſcunt,ſi nutritia,quâ abundant humiditate quomodocunque reſolvatur, aliâs ad putredinem ſunt à natura paratiſſimæ: contrà quibus humiditas aquea ineſt pauca,ſed humidum naturale & oleoſum cum ſicco apprimè mixtum redundat, ea difficillimè ſentiunt putredinem, teſtis eſt oleum humidum quidem valde, ſed humido naturali pollens,eoque accuratiſſimè cum ſicco commixto, ut viſciditas ejus docet ; nam id difficillimè putreſcit.

4. A reſiſtentia ad putredinem eorum, quæ ſolis radiis ſunt expoſita.

4. Confirmant hanc doctrinam quæcunque ſolis radijs expoſita à putredine diu præſervantur, quod vehemens ſolis actio occupet humidum reſolvere, quàm internus eliciatur calor, & particulatim caſtaneæ & nuces id convincunt, quæ in extrema quidem parte quanquam ambienti propiore tamen, quia ſicciore ideoq; magis reſiſtente haud facilè concipiunt putredinem,cùm in interiore facillimè putreſcant utpote longè humidiore. Agens namque omne citiùs magiſque in corpus ad actionem recipiendam aptius agere conſuevit. pag. 414.

415.

LXV.

LXV.

In vini putrefactione aquoſa ejus pars eſt ſubjectum putredinis & ejusdem occaſio.

Probationes.

QUIA non totam vini ſubſtantiam putreſcere, ſed particulas tantùm enuiores & aquoſas ex ſitu vini in ſuper- icie eius conſpicuo arguere eſt. Nam hic x aquoſis particulis exhalantibus per bullitionem vini fit; Ebullitio enim ſi- usque in omnibus ſignum putredinis eſſe olet, qui vel in ipſius aquæ elementaris utredine conſpicitur ceu quædam teli- ula.

1. A ſitu vini in ſuperficie ſolùm conſpicuo.

2. Quia experientia docet vinum pro- live eſſe ad putredinē primâ potiſſimùm ſtate ipſius confectionem conſequente, uâ præteritâ ſi vinum evaſerit putredinem equente altera æſtate minimè putreſcere. uod ſanè contingit, quia aquoſa in vino umiditas primâ æſtate adhuc ſuperfluit, on ita ſequente, quippe quæ continuò re- lvitur tam à proprio, quàm ambientis lore, ſenſim ſcilicet ſine ſenſu; quod ocet vini in doliis imminutio ſenſim fieri lita.

2. A vini prima æſtatis proclivitate ad putredinem.

3. Quia vinum vetuſtum ob eam con- nuam aquei humoris exolutionem mini-

3. A vini vetuſti naturâ putredini reſiſtente.

minimum ejus humoris habens ægrè putreſcit; & eò minùs quò antiquius ſimiliterque vinum merum & generoſum, ſed aceſcit potiùs, ſi modò adhuc alicujus humiditatis ſit particeps, cuius ratione vitalis calor ab ambientis calore educi poſſit, aliàs ne aceſcit quidem, ut fidem faciunt vina Hiſpanica.

4. Ab artificiali preſervatione contra putredinem.

4. Quia qui vinum à putredine vindicare ſtudent, illi igne excoquunt, ut omnes eius partes aqueæ exhalent; ex quibus aqueum in vino humidum cauſam eſſe & occaſionem putredinis concludere licet.

5. Ab aceti renitentia contra putredinem.

5. Quia acetum non facilè putredinem ſentit, non ſolùm quia per eductionem caloris vitalis frigidius vino redditum evocanti ambientis calori magis obſiſtit, ſed quia humidum in aceto aquoſum aut nullum, aut paucum exiſtit quoque eius minus eſt, eò minus putredinem ſentire poteſt; cuius indicium eſt, quod acetum ex vino tenui dilutoque factum propter eius humiditatis aquoſæ exorbitantiam facilè putreſcit, cum ex vino generoſo factum incolumitatem diutiſſimè ſervet.

pag. 415. 416.

LXVI.

LXVI.

Diariæ ſive unius diei, ſive paucorum conſiſtunt in una aqua ſive ſeroſa ſanguinis venoſi aut arterioſi parte, eaq; ebulliente vel etiam putrente, non verò in ſpiritu vitali inflammato.

Demonſtrationes.

1. A caloris ſuavitate.

1. QUIA calor in febre diaria vel primo contactu, vel ſtatim ſuavis eſt & blandus; quæ caloris certè lenitas ſuavitasque ſubjecti halituoſi & vaporoſi, aquei & minimè ignei certum eſt argumentum. Spiritus verò inflammatus, id eſt, igneſcens fumum emittit acrem & pungentem minimeque blandum & ſuavem.

2. Ab aquoſitate & mollitie pulſûs.

2. Quia pulſus in magnitudinem, celeritatem & crebritatem mutatur, alioqui exquiſitè ſervans naturalem æqualitatem & mollitiem cum ordine, non aliam ob cauſam, quàm quod ſeroſus humor corpus homogeneum tenue atque ſimpliciſſimum æqualiter fervet, atque ejus fervore cor non niſi mediocriter incaleſcit, ac ſine ſpirituum notabili exhauſtu. Si namque contrà ſpiritus vel per unum diem naturalem igneſcere ſtatuatur, non levem ejus jacturam ſequi neceſſe erit, unaque vires inſigniter collabaſcere, unde magnitudo

& celeritas pulsûs non conſiſteret.

Et mollities organi in pulſu ſanè mollis index eſt, qualis eſt arteria aquâ plurimâ ebulliente turgens. Deinde nulla neceſſitas eſt contractionis in pulſu majoris ſeu celerioris, ſed ſola febrilis caliditas temperari debet; hinc conijcere eſt in Diarijs ſpiritum vitalem minimè igneſcere, ſic enim exſurgerent vapores ex igneſcente ſpiritu calidi ſicci & fuliginoſi, ſed potiùs alium humorem, ex quo vapores aquei, non autem fuligines excitentur.

3. A defectu ſymptomatum ab Hippoc. in prognoſtic. memoratorum.

3. Quia nulla ſymptomata ab Hippoc. in prognoſtic. cõmemorata aſſident & ſuperveniunt diarijs. Quod ſanè evincit diarias minimè in ſpiritu vitali igneſcente hæreſcere, ſed in aliquo alio humore à natura benigno & cujus jactura aut corruptela minimè perniciem aut noxam inſignem adferre naturæ poteſt. Nam ſpiritûs inflammatio diem naturalem adæquare non poteſt citra omnimodam reſolutionem & exhauſtum, itaque ſummam virium jacturam conſequentem, indeque ſyncopen aut certè lipothymiam atque omnium functionum abolitionem. At verò humor feroſus ſimplex & benignus nullam naturæ ingratam qualitatem aut alienam valde, nullamque mo-

leſtiam

leſtiam inferre poteſt; neque notabilem offenſam functionum importare, aut habitum corporis à naturali ſtatu in non naturalem immutare.

4. Quia urinæ benè coloratæ, omninoque urinis ſanorum ſimiles ſunt, quales ſunt familiares omnibus morbis à pleonexia ſeroſâ excitatis, cùm contrà veroſimile ſit in phlogoſi ſpirituum urinas fulgorem quendam ac veluti flammam præ ſe ferre etſi nihil alieni deponant. *4. Ab urinarum cum ſanis ſimilitudine.*

5. Quia declinatio acceſſionis cum ſudore aut rore aut cum aliquo vapore proprium utique & inſeparabile ſignum eſt diariarum. Aqua autem fervens neceſſariò in vaporem abit magis aut minùs ſenſilem, ſed aqueum tamen, hoc eſt, in aquam rurſum facilè mutabilem & concreſcibilem, uti erit ſudor. *5. A ſolutione acceſſionis per madorem.*

Spiritus autem contrà inflammatus vel inſenſibiliter reſolvitur, vel in vaporem ſiccum & fuliginoſum, ſed illud potiùs utpote cùm ſit ſimplex & aereo prorſus ingenio: in aqueum autem vaporem idem non niſi congelaſcens atque à frigore condenſatus abire poteſt.

6. Quia

6. A perfectâ infebricitatione.

6. Quia febris diaria deſinit in ἀπυρεξίαν perfectam. Aqua autem incaleſcens ſuâ ſponte ad ingenium redit, ſi calefaciens cauſa removeatur, unde calor ab ea toti communicatus facilè & ſubitò per eius reſolutionem remittitur evaneſcitq; ex ſe penitùs, cum non facilè ita calor igneus à ſpiritu inflammato inuſto lenteſcere poſſit.

7. A cauſis ſeroſum humorem agitantibus.

7. Quia cauſæ diariam excitantes demonſtrant ſeroſam pleonexiam potiùs eſſe ſubjectum febrium diariarum. Etſi enim hæ omnes neceſſariò ſpiritus agitant, perturbant atque quodammodo inflammant, unà tamen vel etiam priùs ſanguinem & potiſſimùm ſeroſam eius partem fervefaciunt. Et ſanè cum eædem cauſæ, interea dum ſpiritus inflammant, ſimitu eoſdem reſolvant atterantque aut vacuent, calor perſeverans & in habitu in quo febris hyparxis conſiſtit ſuſcitata; verbi gratiâ à calore momentaneo ſpirituum habet certè ſubjectum non ſubſtantiam illam ſpirituum, quæ evanuerit, aut certè tantâ laborat penuriâ, ut ei calor diurnæ durationis tribui non debeat, ſed potiùs aliquod aliud ſubjectum, quod unà cum ſpiritu calefactum ab eiſdem cauſis ebullierit, vel certè immediatè à ſpiritu altera-

tum

tum calorem firmiter retinuerit, & confirmatur, quod cum ſyncope accenſeatur cauſis diariæ, in ea minimè ſpiritus, qui poſteaquam ad ſe æger redierit, de novo generantur, incendium concepiſſe dici poſſunt & febrem fovere atque ſubjecti eius vicem gerere.

8. Experimentis conſtat ſeroſam ſanguinis partem fervefieri & fervefactam retinere alienum calorem circiter ſpatium unius diei, ut conſtat ex orthopnæa, quæ hydropem thoracis ſequitur. Illa enim fervorem ſeroſi ſanguinis circa primum ſomnum conſequens eumque abrumpẽs, non niſi duodecim poſt horas remittens ſatis declarat conſtantiam ſeri in retinendo fervore circiter ſpatium diei naturalis. Quod comprobatur quoque aquâ ſemicupij; Nam cum ſub veſperatu incaleſcit & egelidæ commiſcetur, ſequente die poſt quatuordecim á fervore horas adhuc eam retinere alieni caloris aliquid obſervatur, cum ab ambientis alteratione munita, contecto vaſe fuerit. pag. 427. uſque ad pag. 432.

8. A natura ſeri fervorem per ſpatium unius diei retinentis.

LXVII.

Febriculæ quæ aſſident, aut etiam præcedunt Eryſipelata, eæ pariter in ſeroſo humo-

humore præcipuè conſiſtunt eóque bilis vel etiam ſanguinis ichore tincto, & in vaſis modò majoribus & ſuperioribus, modò deſcendentibus ebulliente.

Ebullitionis ſex penè ſola eſt febricula, &c.

EBullitionem febricula horrorem quandoque levem conſequens, & ſitis arguunt;ſed ſeroſi humoris febriculæ ſubjecti atque tumoris cauſæ materialis indicia ſunt cum vomitus aqueus ferè & nonnihil bilioſus,tùm mollities mediocritasque tumoris conſequentis & ſubſidentia ſive evaneſcentia brevis citra ſuppuratũ vel ſcirrhum. Denique bilioſi aut ſanguinei ichoris ſero affuſi index color flavus aut rubeus etiamnum poſt tumoris evaneſcentiam aliquandiu in parte ſuperſtes, ſerum enim brevis faciliſque reſolutionis eſt, ſed & ſenſus pruritus.

Seroſa, ceu materialis cauſa ſigna.

Ichorum admiſtorum indicia.

Febricula à ſeroſa materia ſuborta teſtis eſt duratio dialis.

Atqui quoniam experientia teſte febricula dolorque & fluxio cum eryſipelate conjuncta unum diem terminum habent (niſi fortè pleonexia ſeroſa tanta ſit ut poſtquam efferbuerit, novum deinceps fervorem reſumat periodicè & paucos intra dies, verbi gratiâ quatuor conſequentem ſcilicet perturbationem aeris quarto

quo-

quoquo die reciprocantem) coniicere eſt certè febres, quarum fervor unius diei naturalis eſt, in humore aqueo hærere, qui ſcilicet fervorem à cauſis externis impreſſum unius diei naturalis ſpatio retinere ſolet, cum præſertim cauſa externa commovens id tempus in perturbando aere ſervare ſoleat, pag. 433.

LXVIII.

Febres continentes imputres, ſive Ephemeræ plurium dierum idem ſubjectum cum veris Ephemeris habent, ſeroſum humorem in vaſis ebullientem, ſed magis redundantem & vehementiùs ferventem itaque reliquam maſſam ſanguinis ſibi confuſam magis & pertinaciùs calefacientem ſimulq; totum corporis habitum.

1. QUIA ſynochi imputris cauſæ eædem ſunt, quæ diariæ, ſed actuoſiores, ſive efficaciores; Verbi gratiâ, denſitas inſignis cutis, quam pariat obſtructio pororum, quâ vehementer impacti

ARG: *1. A cauſis materiam ſeroſam generantibus & colligentibus.*

pacti ſunt humores & inferat plethora vel etiam polyſarcia; & verò omnes cauſæ ſeroſæ pleonexiæ ſive generantes, ut victus plenior & humidior atque calida admodum viſcerum intemperies, ſive colligentes ut longa conſueti exercitij intermiſſio, aut ſuppreſſio vacuationis ſolemnis, à quibus cauſis aqueus humor ſuppreſſus ideoque redundans efficitur ſubjectum febris.

2. A Caloris forma & ſymptomatibus comitantibus.

2. Quia in ſynocho calor ſimiliter atque in diaria blandus & minimè mordax, ſed major tamen & paulò vehementior, pulſus pariter magni, celeres, crebri ac vehementes, ſed pleni tamen & molles; ſimiliterque reſpiratio pulſui reſpondens, motus & typus caloris celer & ſubitus, urinæ conſiſtentiâ & colore ſanorum ſimiles; quæ omnia ſolius ſeroſi humoris fervorem indicant.

3. A ſymptomatibus præcedentibus.

3. Quia gravitas capitis & impotentia vigilandi inclinatioque ad cataphoram; aut ſomnus potiùs profundus & veternoſus; ſed tamen εὐδιέγερτ☉ & paucorũ dierum indicat non tam ſanguinis ipſius metaſtaſin, quàm aquei humoris in commune ſenſorium raptum ſive accenſum; certè effumationem plurimam vaporum frigidorum humidorum, qui non niſi ex aquo-

aquoſo humore excitari & attolli poſſunt.

4. Quia citra vacuationem inſignem & aſpectabilem, aut certè per ſudorem vel omnum ſolvuntur hujusmodi febres. Quis verò alius à ſeroſo humore ſive ſenſim, ſive ſubitò reſolvi, aut certè ſub aquæ forma exire poteſt? pag. 434. 435. *4. A ſolutionis modo.*

LXIX.

Febres ſynochi putres ita in ſanguine inhærent, ut ſeroſa in eo pars ebulliens maximè ac putreſcens ſubjecti præcipui quandoque vicem gerat; reliqua autem ſubſtantia ſanguinis partialis, ſed minus præcipui locum teneat.

1. QUIA caliditas manui tangenti ſe offerens plurima quidem, ſed illa tamen mitis & vaporoſa, omninoque ſimilis ei calori, qui in balneo contrahitur, qui calor vaporoſus indicat planè ſubjecti febrilis plurimùm exhalare inque halitum digeri: quod à ſeroſo nullum aliud eſſe poteſt, ſiquidem vaporis humidi materia ex qua præter aquam nulla cauſa alia. Rationes. *1. A caloris idea.* *2. Ab urinarum aquearum profuſione.*

2. Quia urinæ copioſæ tenues & aquæ

inſtar perſpicuæ, omninoque urinis ſanorum ſimiles primæ ſaltem morbi invaſioni familiares & ſingulis exacerbationibus ſynochorum febrium, ſed productarum etiam ad quadrageſimum diem obſcurè licèt, per quaternarios aut ſeptenarios factis & motibus Lunæ reſpondentibus evidenter inſinuant ſeroſam in ſanguine partem ante reliquam ſanguinis maſſam & præcipuè ferveſcere.

3. A ſolvendi ratione. 3. Quia id confirmat ſolutio hujusmodi febrium per ſudorem facta, imò allevamentum ſive remiſſio earundem perennem ſudorem jam à principio morbi conſequens. pag. 436. 437.

LXX.

Febres, quæ in arterioſo ſanguine inflammato ſeu uſtulato (uſtulationis enim magis capax, quàm putredinis veræ) focum habere videntur, atque ſplenicis ſunt familiares, earum ſubjectum eſt potiſſimùm aquoſa ejusdem ſanguinis pars.

ARG:

1. A ſeri in ſanguine arterioſo abundantiâ. 1. QUIA inprimis ſanguis arterioſus longè copioſiori ſero ex anatomia affuſus conſpicitur.

2. Quia

2. Quia urinæ præterea toto morbi ecurſu urinis ſanorum ſimiles exiſtunt. *2. Ab urinarum conditione.*

3. Quia hanc conjecturam adjuvant ymptomata omnia, quæ utrique generi ynochorum putrium, ſed potiſſimùm in rterioſo ſanguine conſiſtentium aſſidere olent, & inprimis varij dolores externum ræſertim habitum & in eo præcipuè ariculos obſidentes, quorum cauſa eſt feroſi umoris continuata & propè perennis efervefcentia. pag. 438. *3. Ab affectibus aſſidentibus.*

LXXI.

ebrium continuarum plerarumque roluvies ſeroſa eſt ſubjectum ſi non roprium & adæquatum, certè inadæuatum & partiale unà cum ſanguine reliquo cujuscunque naturæ pituitoſo, bilioſo ſive atrabilari.

Demonſtrationes.

QUIA adſunt cauſæ pleonexiæ ſeroſæ evidentes & prægreſſæ ſunt manifeè, dum corpora denſa & otioſa atque ais victui pleoniori & humidiori, hoc eſt, rgo potui aſſueta invadunt. *1. A cauſis pragreſſis & præſentibus ſeroſa colluviei.*

2. Quia ſymptomata febri aſſidentia fer- *2. A ſymptomatibus concomitantibus.*

vorem ſeroſi humoris maximè atteſtantur, quippe corpora ſoporoſis affectibus at brevibus aut intempeſtivis productisq; quidem, ſed ex ſe tamen ſolubilibus, aut deliriis mitibus atque fugacibus motibusque convulſivis non valde gravibus & verò momentaneis ac pariter doloribus, ſed citra ſuppuratum remittentibus incurſantur, quæ omnia ſeroſi humoris ob ingenium lene facilè fervorem deponentis indicia ſunt.

3. A terminationis modo.

3. Quia familiares habent ſive dejectiones aqueas, ſive ſudores largos, quæ denique exanthemata lata pruriginoſa & alba habent. pag. 446.

LXXII.

Febrium intermittentium ſubjectum etſi partiale, ſed præcipuum tamen eſt ſeroſus humor.

Fundamenta.

1. A venarum primæ regionis conſtitutione.

1. QUia primæ illæ venæ, in quibus focus deliteſcit perluvie ſeroſâ longè magis, quàm venæ magnæ inter alas & inguina ſitæ ſcatere & turgere ſolent.

2. A ſymptomatibus aſſidentibus.

2. Quia eadem ſymptomata ante recenſita his febribus aſſidere ſolent, ſopores ſcilicet graves & diuturni, deliria ſed levia, cruciatus abdominis convulſi &c.

3. Quia

3. Quia febres illæ ſolvuntur aut ſal-em allevamentum etiam utilitatem non nediocrem capiunt ex vomitu penitùs a-queo, nonnunquam bile eâque varia ſuf-uſo, deinde diarrhæâ ſeroſâ plerarumque ntermittentium inæqualitatis tempori aſ-idente; denique ſudoribus largioribus, u-iniſque profuſis.

3. Ab excretionum aquoſarum allevamento.

4. Quod cum longitudinem paroxyſ-norum intermittentium, ut & omnium ›mninò reliquarum febrium productio-ıem error externus adferat ex Galeni ob-ervatione experientiaque quotidianâ. s autem partim in largiori potu, partim n negligentia corporis externi & expoſi-ione ambientis iniurijs ac præſertim fri-ori captandæ frigidæ auræ gratiâ facta onſiſtat atque prior ex illis erroribus per nateriæ additamentum ſeroſam plenitu-inem maximè augeat: Poſterior verò er cohibitum effluvium aqueum idem uoque præſtet, meritò colligere eſt fe-“ res non ſolùm intermittentes, ſed ferè “ mnes cujuscunque generis in ſeroſo hu-“ ıore aut ſolo, aut certè unà cum ſangui-“ e cujuscunque naturæ ebulliente, atque “ utreſcente hærere, ſeroſumque humo-“ :m ſi non adæquati certè partialis, ſed

4. A cauſis producentibus febres.

præcipui ſubjecti vicem gerere, & alioqu
occaſionem putreſcibilitatis dare ſangui
ni proprio & ſpecifico quarundam febrium ſubjecto. pag. 450. 451.

FINIS.

INDEX

INDEX CONCLUSIO-NUM EX CAROLI PISONIS OBSERVATIONIBUS DEPROM-*ptarum atque in hoc tractatu propoſitarum.*

. PLENITUDO ſeroſa plerorumque affectuum eſt fomes & cauſa mate-ialis.

. Lien non refundit in ventriculum reli-quias ſucci melancholici, qui ex ſanguinis naſſa in hepate genitâ ſecerni atque repur-ari exiſtimatur.

. Lien eſt officina altera ſanguinis tenuis cil. & calidi, qui in arterijs continetur, quem ſanguinem ex portione chyli tenui-re attractâ generat, genitumq; pulſu in u-iverſum corpus diſtribuit.

. Lien eſt præcipuus ſeri fons.

. Caput eſt caſtellum, ſeu labrum ac-ommodatum diſtributioni ſeri, ſive a-uæ membra omnia, quæ animali cientur otu, irrorantis ac humectantis, & ſpecia-m inſtrumenta guſtûs incolumitatis qui-em eorum retinendæ, & cauſæ ſine qua on guſtus gratiâ.

6. Genarum tumores, Parotis, Paraſynanche & aliarum in ore & circa maxillas glandularum tumores plerunque ſunt aquoſi.

7. Odontalgiæ creberrimè ab eluvie ſeroſi humoris è cerebro decumbente ſuccreſcunt.

8. Hypochymatis cauſa materialis eſt ſæpè aqua, ſive ſerum purum putum, quod interdum lentius jam à mora factum eſt, vel cui immixtum eſt nonnihil mucoſi illius & excrementitij humoris viſcidique, qui à particulari nutritione cerebri ſuperare ſolet.

9. Hemicraniæ ſæpenumerò accidunt ob ſerum vel in capite antè ſtagnans ac quieſcens, ſed per ambientis commotionem ſive ab obſcuro quodam Lunæ ſyderumq; influxu, ſive à reciprocantibus ventis illatam, ſive aliter fermentatum, vel à raptu quodam in caput delatum & ferveſcens adeoque cerebri membranas violenter diſtendens divellensque.

10. Vertigo ſimplex oritur à ſeroſo humore ſpiritus horſum vorſum volvente & repræſentante animæ objectorum quieſcentium ſpecies mobiles.

11. Carus ſæpè fit à ſero, ſive à febre, ſi ad fuerit, ſive à tempeſtate aerea commoto, quod

quod ſusque deque vaſa cerebri diſtendendo in eam ſinus contrahit anguſtiam, ut ne deinceps eâ copiâ, quâ ſenſus poſtulat, ſpiritum admittere poſſint.

12. Parapoplexia, ſive Apoplexia levis aut febris tertianaria eaque comatoſa provenit à ſeroſo humore bile atque fuliginibus bilioſis nonnihil perfuſo atque caput opplente univerſum unà cum ſanguine in ſtipitibus magnorum vaſorum ebulliente & accenſo.

13. Apoplexia alia perpetua, alia intermittens quoque eſt.

14. Apoplexia levis, quæ in Paraplegiam ſeu hemiplegiam mutari ſolet, non tam oritur ab humore craſſo viſcidoque ventriculos cerebri obſtruente, quàm à ſeroſa colluvie in cerebro redundante.

15. Lethargus, quem hydropem cerebri appellare mavuſt, non à craſſa lentaque pituita, ſed ſæpè à ſeroſo humore in toto primùm tandemque in capite univerſo ebulliente dependet.

16. Lethargus exoritur non ab obſtructione ventriculorum cerebri, ſed ab eorundem compreſſione, aut à madefactione cerebri membranarum.

17. In hyſtericis affectibus principium nervorum afficitur, id eſt, meninges capitis,

quarum propagines ſunt nervi omnes, quatiuntur aut rigent.
18. Motus jam ille depravatus principij nervorum, nervoſique generis non eſt motus naturæ irritatæ membranarum cerebri ſeſe concutientium & inordinatè moventium, ut moleſtum ac triſte corpus excutiant, ſed eſt contractio quædam, ſeu breviatio longitudinis nervoſi generis, quæ neceſſariò ſequitur latitudinis principij nervorum augmentum & extenſionem ab implente aliquo corpore factam.
19. Senſus in his affectibus non tam per veram à propagata materia illatam obſtructionem, quàm per ſubſidentiam ventriculorũ factam vi contractionis inſignis.
20. Sanguis ſuppreſſus circa uterum non eſt hyſtericorum affectuum fomes.
21. Uterus quoq; in paſſione hyſterica eſt extra culpam.
22. Neq; ſemen ſtrangulationis uteri cau- (ſa exiſtit.
23. Caput per idiopathian affectum, non per ſympathian ſive ventriculi, ſive hypochondriorum, ſive membri cujuſcunque tales ciet motus hyſtericos.
24. Hyſterici affectus oriuntur ab aqua ſive ſero fervore quodam concepto violenterq; diſtendente principium nervorũ ſpinalis medullæ & ſexti ſeptimiq; parium.

25. Syncopes funeſtiſſimę & momentaneę cauſa eſt motus cordis repentè abolitus ab interceptione ſeu obſtructione nervi ſexti paris cordi implantati ab aquula in eum (videl.nervum) è cerebro depluente.

26. Motus in palpitatione cordis non eſt ſimplex, ſed conflatus ex tremore & ex motu convulſivo, qualis in piſcibus, ſive moribundis, ſive vibratione corporis & reſilitione evaſionem molientibus.

27. Cauſa frequentiſſima palpitationis eſt ſeroſa colluvies, quæ aut in vaſis fervеſcit, aut inde in cordis ſinus deſubitò inſilit, aut in pericardio ejus continetur, vel propria ejus tunicâ.

28. Tuſſes humidæ excitantur à ſero lento è capite, ſive ſenſim in bronchia deſtillante moxq; concepto ob loci calorem fervore naturam irritante ad ſui excretionem ſive potiùs affatim magnâ vi depluente ſuaque copiâ & præſentia libero aëris in-et egreſſui officiente.

29. Calor non concitat fluxiones, humores liquando, fundendoque in cerebro.

30. Frigus fluxiones movet non cogendo calorē influentē & humores liquando, (uti jam ſupra refutatū) nec congelādo humores in nobis, vel exprimendo humores, ſed potiùs vaſa externa præcipuè & interna

quo-

quoque denſando, comprimendo & ex ijs ſerum exprimendo expellendoque redundans alioqui in maſſa & fluxile.

31. Motus pulmonum perficitur ope fibrarum carnoſarum, concurrente ſimul eorundem parenchymate.

32. Aſthma intermittens eſt ſymptoma obſtructionis vaſorum omnium, præſertim bronchiorum, imò etiam pororum, ſubſtantiæ ipſius pulmonum illatæ ab invadente deſuper aquâ, ſive ſeroſo humore partim è capite depluente, partim anadrome quadam è ſtipite cavæ & fortè etiam aortæ pulmones impetente.

33. Febres nonnunquam aſthmati & reliquis fluxionibus, ut arthritidi & ſimilibus, quæ à ſanguinis arterioſi ſerique in eo redundantis fervore pendent, conjunctæ ſunt.

34. Fluxionum cauſæ generantes ſive colligentes non ſemper ſunt hepar quidem impensè calidum, ventriculus autem frigidus & humidus continuò tenuem ac vaporoſam materiam cerebro communicantes.

35. Pleuritidis cauſa continens ſæpenumerò eſt ſanguis ſeroſus pronus quippe ad fluxum ratione ſeri plurimi affuſi (quod magnâ vi è vaſis exſudans, & vehementer diſten-

diſtendens pleuram, dolorem efficit) & deinde inflammabilis ac febrem accendens ratione calidi in ſanguine temperamenti.

36. Pleuritidis cauſa eſt ſanguis arterioſus potiſſimùm inflammatus magis, quàm putreſcens.

37. Pleura externa ſolùm afficitur ſæpe in pleuritide.

38. Pleuritis & Peripneumonia germani & ſimiles affectus tribus modis à ſe invicem diſtinguuntur.

39. Autumni tempore ὑδατόχλωρα ὑποχωρήματα ſunt frequentia.

40. Signa diſtinctiva doloris nephritici & colici.

43. Dolores pro colicis aut nephriticis habiti convulſionem veluti quandam ſequuntur inteſtinorum partiumque omnium, quas inferior venter ambitu ſuo complectitur inæqualiter factam & confertim, ſed quæ ſequatur divulſionem, ſeu contractionem peritonei ſive nervorum ſexti paris vel in exortu primo conterminoque iis partibus vel immediato & remoto, in principio ſcilicet ſive capite ipſo, & quandoque etiam ſequantur contractionem ureterum ſpontaneam à ſummo conatu

immo-

immoderatam & propè violentam.

42. Convulſiones ipſæ dolores prædictos producentes inducuntur à colluvie ſeroſa vel in ipſo capite adhuc ebulliente, vel ex eo totoq; corporis habitu in lumbos ipſos aut vaſa interna irruente, per eorumq; diſtenſionem violentam univerſum abdomen affligente.

43. Seri depluvium è toto habitu & capite confertim factum in his, quibus renes ſaburrâ multâ referti ſunt, ſequuntur dolores nephritici.

44. Materia lapillorum in renibus genitorum ſunt ichores ſanguinis, ita ut lapidis ſaxei quidem durâ & cineracea conſtantis ſubſtantiâ, cauſa materialis ſint ichores ſanguinis crudi & pituitoſi; at verò friabilis, pallidi, rubri ac ſandarachini, vel etiam atri ſint materiæ loco ichores potiùs ſanguinis ſive bilioſi admodum in hepate geniti, ſive arterioſi in liene confecti.

45. Calculi renum non neceſſariò ſunt rubei.

46. Calculi non concretione, ſed uſtione ſeu torrefactione generantur, ubi ubi locorum in corpore humano à calore ſive mediocri, qualis eſt puerorum blandus & mitis, ſive acri, qualis eſt Juvenum & conſiſtentis ætatis hominum.

47. Aqua in aſcite collecta & tumoris continens cauſa eſt pars ſeri vehiculi chyli & ſanguinis.

48. Serum in abdomen poſtquam majore copiâ aggeſtum eſt, pulſum & expreſſum diffluit.

49. Serũ in hydrope accumulatur & magnâ copiâ colligitur ob tractionem ablatam vel propter defectum indigentiæ ratione plethoræ, ſive univerſalis, ſive particularis; vel ob imbecillitatem caloris in viſceribus trahentis; vel ob viarum anguſtiam ab obſtructione & compreſſione introductam.

50. Obſtructio hydropis cauſa à multis craſſis viſcidisq; humoribus maximè pertinet ad radices vaſorum, quæ utriq; implantantur viſceri.

51. Aſcites non generatur ſecundum communem ſententiam ob fruſtrationem hæmatoſeos.

52. Tumores hepatis & lienis catarrhopi ac laxi ſuboriuntur per acceſſum humoris aquei ſeſe intimiùs eorum corpus ſive parenchyma inſinuantis.

53. Iſchuria memorabilis cum ſudore perenni.

54. Arthritidis cauſa continens eſt ſeroſa colluvies, eaque cum ſemel incaluerit,

rit,aut copia turget, non aliunde, quàm è venis arteriisque totius corporis in articulos ruens & diris cruciatibus affligens, interim & magna aquæ portio è capite in quod ſcilicet innumera vaſa finiuntur, in articulos ſecundum tendines gliſcit & irrumpit,quod etiam ex Hippocr. ſententia libr. de glandul. & loc. in homine fieri poteſt.

55. Arthritidis fons è viſceribus & hypochondriis inferioreque alvo nullâ ratione eſt repetendus.

56. Febris arthritidi conjuncta ſæpè non eſt ſymptomatica ; ſed eſſentialis & primaria.

57. Febris hæc in inflammatione potiùs, quàm in putredine conſiſtit.

59. Articulorum in curatione arthritidis ob imbecillitatem quandam ſuſcipiendi nulla habenda eſt ratio.

59. Dolores partium externarum ſæpe fiunt á diluvie ſeroſa perioſtia membranoſumque genus internum divellente; ut & ſtupores,ſive paralyſis brachiorum & crurum ab eodem humore nervoſum genus madefaciente.

60. Hydrops quidam univerſalis oboritur à ſero vel depluente ex externo capite hydrocephalo curato, vel è toto habitu exſu-

exſudante, non uti leucophlegmatia à ſanguine pituitoſo & crudo.

61. Variolarum eæ ſpecies, quæ vulgò D. Barbaræ veſiculæ vocantur, excitantur à ſeroſo humore in ſanguine putrente effervescente è vaſis longè lateque, ſed intra epidermida ſubſiſtente ſanguinis ipſiuscraſſamento in vaſis reſtitante.

62. Acetum fit ex vino ob evocatum calorem vitalem, & humiditatem aqueam majori ex parte abſumptam.

63. Sanguis reſpondet proportione vino itque mixtum, quod aquæ genus appellat Ariſtoteles, etiam eas patitur affectiones, quas vinum.

64. In omnibus corporibus miſtis in univerſum humidum aqueum præſertim eſt putredinis ſubjectum, aut certè cauſa ſeu occaſio, omninoque conditio putrefactionis.

65. In vini putrefactione aquoſa ejus pars eſt ſubjectum putredinis & ejusdem occaſio.

66. Diariæ ſive unius diei, ſive paucorum conſiſtunt in una aqua, ſive ſeroſa ſanguinis venoſi aut arterioſi parte, eaque ebullente vel etiam putrente, non verò in ſpiritu vitali inflammato.

67. Febriculæ quæ aſſident, aut etiam præ-

cedunt Eryſipelata, eæ pariter in ſeroſo humore præcipuè conſiſtunt, eoque bilis vel etiam ſanguinis ichore tincto, & in vaſis modò majoribus & ſuperioribus, modò deſcendentibus ebulliente.

68. Febres continentes imputres, ſive Ephemerę plurium dierum idem ſubjectum cum veris ephemeris habent, ſeroſum humorem in vaſis ebullientem, ſed magis redundantem & vehementius ferventem; itaque reliquam maſſam ſanguinis ſibi confuſam magis & pertinaciùs calefacientem, ſimulque totum corporis habitum.

69. Febres ſynochi putres ita in ſanguine inhærent, ut ſeroſa in eo pars ebulliens maximè ac putreſcens ſubjecti præcipui quandoque vicem gerat; reliqua autem ſubſtantia ſanguinis partialis, ſed minùs præcipui locum teneat.

70. Febres quæ in arterioſo ſanguine inflammato ſeu uſtulato (uſtulationis enim magis capax, quàm putredinis veræ) focum habere videntur, atque ſplenicis ſunt familiares, earum ſubjectum eſt potiſſimum aquoſa ejuſdem ſanguinis pars.

71. Febrium continuarum plerarumque proluvies ſeroſa eſt ſubjectum ſi non proprium & adæquatum, certè inadæquatum & par-

partiale unà cum ſanguine reliquo cujuscunque naturæ pituitoſo, bilioſo ſive atrabilari.

2. Febrium intermittentium ſubjectum etſi partiale, ſed præcipuum tamen eſt ſeroſus humor.

SOLI DEO GLORIA.

Errata Typographica corrigenda.

Prior numerus paginam, poſterior lineam denotat.

PAg.15.9. in marg. lege ſeri.16.13.obnoxiorum.19.20, puræque.25.27.deleatur ex.28.21.poſſet.37.7. concutientium.33.4.conſpicuus.34.18. canalium.45.15. affectat.46.4.naribus.49.9.ex.48.2. nullum.48.22. implantati.49.17.ſenſibilis.50.19.euſarca.51.8.redactum.54.12.inquam. 57.26. bronchiorum. 58.12. quadam.61.8. cum.66.15.tempore.67.23. pinguiuſculæ.68.17.deliniatur.69.6.adſtricta.71.23.lateralis. 81.12.devolvente.81 15.arenulæ.85. 12.coloris.90.18. alteratus.91.15.catarrhopi.91.19. inſinuantis.94.10. chyli.95.6. ſeroſa.95.23. amæno.100.4.nodus.103. 14.phlogoſin demonſtrantibus.125. 19.veſperam.

Alia errata leviora Lector ipſemet emendabit.